



Antiqvae Lectionis Tomus ...

Bipartitvs, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavclis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

2. Friderici I. Imper. expeditio Asiatica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](#)

43
FRIDERICI

PRIMI

IMPERATORIS

Cognomento

BARBAROSSÆ

Expeditio

ASIATICA

& ad Sepulchrum Domini

AB

equeno Auctore conscripta.

Nunc primūm ex m. s. codice monasterii
Salmenſvveilensis edita

Beneficio (l. V. Matthai Cloc Juris-
consulti, qui apographum
m. s. communi-
cauit,

F 2

IN.

SJSJJ

27

SIV

27



INCIPIT PROLOGVS IN HISTORIAM PEREGRINO-

R V M.

In apogra-
phom. s.
etiam hic
titulus
Germani-
cus erat:
Berser
Friderici
Barba-
rose
Reiss zum
H. Grab.

Sæpe, diuq; vir venerabilis, proprias vires con-
sului, quid ferre recusat, quid valeant humeri,
& quod dudum paruitas dissuasit ingenii, tandem
adgreditus me preceptio compellit. Quocirca
licet forte ironice me somnia se dicant aliqui in
Parnasso, mibi tamen tolerabilius judico, Misam meam apud il-
los arqui præsumptionis, siue moribus deerationis exponi, quam
prorsus tuae contradicere iussioni. Et si minus in hoc opusculo ve-
nustas carminis, seu verborum schemata, lectoris aures demulceat;
perorare saltu potest ad ventram stylu incultioris, auctoritas ma-
teria, de qua prout distandi facultas suspetit, leuiter & succinile
scribere proposui, ut de rebus gestis, & via peregrinorum *nostro-
Hinc au-
rum nudam elicens veritatem, nullum annexum segmentum, nil
elori au-
inseram fabulosum; præsertim inter cetera dignum ducens memo-
Eloritas
ria, quomodo Christianissimus & inuestigans Romanorum Im-
cœiliatur
perator FRIDERICVS vir utiq; magna experientia, strenui-
ut aequo-
tate KAROLVM repræsentans, nec nō & inclytissima, eius proles,
illustri scilicet SVEVORVM Dux, patrii nominis, & probita-
tis hares nō degener, velut duo candelabra lucentia, & propugnacut
la

la FIDEI ROMANÆ, sub vexillo salutis feræ C R V C I S, fas
uorabiliter & strenue militantes, duces & electores fuerunt exercitus
Christi; & ut exinde merito & retributionis æternæ stipendiis fru-
antur in celis, & in terris fama illorum celebrior imposterum ex-
tendatur.

Tu enim domine Deus simul cum ipsis duxisti in misericor-
dia tua populo tuo, quem redemisti, ut ne GRÆCORVM perfi-
diā, nec TURCORVM fraudes & prælia in eum sineres præua-
lere. Quippe non humanae potentiae, sed diuinæ virtutis miraculum
fuit, quod iam modicus Dei populus, clausuras & fines GRÆCIAE
triumphaliter ingressus, totam fere terram usque ad deditio[n]ē per-
domuit, postmodum per multiformes angustias, per diuersa tribula-
tionum genera, quæ suis in locis sequens explicabit hist[ori]a, tandem
laquo proditionis contrito, & sexcentis millibus TURCORVM
equitum debellatis, ICONIVM expugnauit. Contra quem pau-
lo ante, quasi securus & glorians de triumpho, dicebat inimicus: Et
persequar inimicum, & comprehendam, & diuidam spolia; implebi-
tur anima mea. Sed longè aliter ordinatio diuina prouiderat, ut rei
postea probauit euentus.

Ajud modernam etatem interdum fortia veterum gesta le-
gendo revoluere, & iuuat Auditores & congruit incitamento vir-
tutum, Verum quid dignius memoria? quid magis congruum adi-
ficitionis, quam labores peregrinorum sive agonistarum sanctæ cru-
cis recolere? qui nostris temporibus pro Christi nomine multa malo-
rum & bellorum experti discrimina, emulanda strenuitatis & pa-
tientiae reliquerunt exempla. Siquidem arcta est via, qua dicit ad
vitam; & quoniam gaudet patientia duris, fiducialis à Christo re-
tributionis æternæ expectant præmium, qui deuoto & intrepido cor-
de pro ipso pati dura & aspera elegerunt. Et verè felices, quorum
animus nec laborum metu obtunditur, nec corporalibus terretur in-
commodis, quin talium incitetur exemplis. Non iniquus enim ille, Ioan. 15.
qui est via vera, purgans palmites suos, ut fructum plus afferant.

F. 3

Gim

(MS.)
m. b.
S IV
27

et in camino aduersitatum dilectos suos examinans, eos vocare consuevit ad præmia per tribulationum amaritudinem & laborem. Ad prosequendum igitur ex ordine tractatum historię prælibandum est, qua & quanta peregrinandi necessitas contra nefandam Turcorum gentem tot egregios excinerit bellatores.

Incipit historia.

Psal. 77.

A Nno verbi incarnati millesimo cœtessimo octogesimo septimo, peccatis hominū exigentibus, viā fecit dominus semit̄ **A** ira sua super sanctam ciuitatē, & vniuersum regnū Ierusalem, vt rursus Threni Ieremiæ possent competere miseradis eius dolorib⁹ & ærumnis. Nec abs re, sed diuino iudicio tota ferè Christianitas transmarina data est in excidium & ruinā. Quippe veritas non erat in terra, fides & iustitia claudicabant. Totius mali fomes & seminarium vigebat, cupiditas hominum corda subuertēs & auertens à semita veritatis. Nam secundū illud poëticum, quid nō immortalia pectora cogit aurī cœcus amor? pace siquidem inter regnum Ierosolymitanū & Saladinū pridem cōposita, & iuramento vtrobiq; firmato in septenniū contigerat infra eundem terminū, congregations negotiatorū Saladini, quos vulgariter RAR AVEN NAS vocāt, cū inestimabili pretiosarū opum mercimonio transmigrare ab ALEPH in BABYLONIUM, nonnullis comitatibus Admiraldis. Quibus in dolo & pditione seorsum vocatis & cōprehensis, cōmilitones & satellites RENALDI, q; fuerat vitricus BO AMYNDI Principis Antiochiz, velut catuli leonum rugientes, vt rapiant, liberi⁹ in ceteros, & in pecunia manus rapaces iniecerunt. Renaldus verò quia grauiatus erat alieno zere, turpiter fascinus amore pecunia, maluit im pudēter periurii reatu incurrere, q; pro restituenda præda, memorata pacis intuitu, Saladini precibus obaudire. Sic ad suam ac totius terræ perniciem & ignominiam, & sibi retinuit predam, & homines carcerali custodie mancipauit. Saladinus igitur ad GVIDONEM regem in cunctanter misit legationem, postulans, vt ex consideratione Baronum & Iurisperitorum in curia ipsius regis id de præda restituenda siue retinenda fieret, quod ipsa iura & confuetudines Christianorum difarent. Quod cum nullatenus obtinere posset, omni querimonia superfedere, & omne damnum ablata pecunia volebat remittere, vt saltem sui, qui detinebātur in carcere liberati resūtuerentur. Qua in re similiter passus repulsam, vehementer indignat⁹

natus est, legatos suos inefficaciter remeasse. Ex eo nimis tempore, quarens opportunitatem, ut aduersus regnum Ierosolymitanum insurgeret, de peregrinis Sarracenorum nationibus magnum valde & fortem exercitum congregauit.

Timuit vniuersa terra, & status regni Ierusalem iam nutare incepatur ex dissensione, qua inter Regem & Raymundum Comitem TRIPOLIS emerserat, cuius causa haec extitit & origo.

Rex, peregrinus fuit & aduena, pictauenfis natione, mediocris quidē genere, sed miles elegantis formæ & armis strenuus; in quem cū Regna oculos iniecerat, vt amans, vt temina, indulgēs animo, & nupsit ei præter ipsius comitis & aliorum principū voluntatē; exinde accidit vt Comes in odiū Regis se familiarē redderet Saladino. Barones tamen & optimates Regni vna cum templariis & hospitalariis in tantæ necessitatib[us] articulo, saluti & defensioni terræ volentes prospicere, felimanter partes suas ad bonum pacis interponere studuerunt. Inter ea decem millia Turcorum clam conuenerant inter Tabariam & montem Thabor, qui in insidiis stolidum illorum obseruabant, qua venturi erant ad Comitem propter pacem, de qua promissum est, reformatam. Comes autem vt Turcorum insidias deprehendit, ad se venire parabitibus, vt cas præcaverent, celeriter nunciavit. Illi vero de sua nimium præsumētes audacia, p[ro]posita via nihilominus p[ro]cesserūt, & quo usque Turcis vndeque in ipso irrueribus insidiae patuerunt, acre bellum committitur, in quo nostri, licet temere congregientes, ea die suis enes multo Turcorum sanguine imbuerunt. Sed tandem prævalentibus Turcis, quorum maior erat numerus, ROGERIVS hospitiorum magister, cum multis aliis non sine magna strage hostium in bello oceubuit. Qui autem euadere potuerunt, peruererunt ad Comitem, & inter Regem & ipsum pace, illis mediantibus, reformata, Comes misit ad Saladinum, prædictæ familiaritatis amicitiam contradicens.

Saladinus cum peregrina manu Sarracenorum, terram ingrediens, in odium Comitis Tabariam obredit. Rex vero & exercitus eius interim conuenerunt ad fontes TABARIA, & disuadente Comite, inde progredientes, castra metati sunt in loco, qui vulgo dicitur MARSCALCIA.

O res mirabilis, ô terrible vicina cladis præsagium. Ea nomine in tentorio Patriarchæ, ubi erat sancta CRUX, in matutinali officio casualiter cœnit legenda de archa secedens à Philistæis capta in

A.J.S.J.
M. B.
SIV
27

in prælio & deducta. Vnde nimurum cunctorum audientium & intelligentium corda metu subito percelluntur, quod iuxta illud poëticū, pessimum in dubiis augur timor.

Mane autem facto Saladinus Regi obuiare feslinans, cum innumerabili exercitu appropinquauit ad bellum. Turci fortiter se accingunt ad prælrium, buccinis & sagittis nostros acriter cientes ad pugnā. In primis acies Templariorum congreditur, & demissis hastis veloces equos virginis calcaribus, Turcorum Cuncos audacter irrumptit. Quia cum de hostibus stragem fecisset innumeram, tamē recollecto agmine redeundi non habuit facultatem. Nam vndeque densis Turcorum vallata agminibus, tota ferè ab ipsis intercepta est & retenta. Hoc viso infortunio Comes TRIPOLIS, cum paucis suorum, abiectis armis aufugiens, venit IAPHET. Turci vero qui ignem miserant circa exercitum Regis, videntes exercitum æstu & siti iam miserabiliter fatigentem, insutunt audacius, assulsum in nostrōs vndique incessanter, & communis facientes; tandem permissione diuina, capta sancta CRUCE & Rege, Turcis applaudit victoria, nostris irascitur Deus & fortuna. Quidam enim ex eis misera nece occumbunt cleriker, quidam in vinculis ad longioris poenæ cruciatus reseruati, & post consummatā beli victoriā adducti in præsentiam Saladini, de præcepto illius in ore gladii trucidantur.

Otto de S.
Blasio vo-
caReinal-
dum Prin-
cipem An-
tiochiae,
* alii Ac-
aron.

Praeterea cæde tam miserabilis, & * Renoldo, de quo superius mentionem habuimus, manu propria Saladini perempto, Saladinus cum triumpho Tabariam reuersus, qui fortioribus & præstantioribus regniam peremptis in prælio, & liberius non solum illam, verum etiam * ACCON, ASCALONAM, & cum tota ferè terra ipsam IERUSALEM ad deditiōnem coegit.

Interea nutu Dei, qui in iracundia nouit misericordiæ reminisci, & ne in partibus illis residuum Christianitatis omnino succumberet, contigit CONRADVM Marchisium de Monte Ferrato, peregrinando nauigare à Constantinopoli ad sepulchrum Domini adorandum. Et hic natione Italicus erat, de confanguinitate serenissimi Imperatoris Friderici, vir vtique solers & strenuus, in rebus bellicis longo armorum exercitio sapienter edocetus. Hic cum iam pararet portum nauigando attingere, videns ciuitatem Achon, & totam terram adiacetem nuper debellatam, & à Turcorum agminibus occupatam, frena maris vertere maturauit, & in secundo vento nauigans apud Tyrum appulit, quem ciues velut acephali & gubernatoris præsidio desituti,

gra-

gratianter excipiunt, se & ciuitatem eius tutelae & moderamini supponentes. Comes verò Tripolis iam apud aliquos de perfidia suspectus, de Tyro egredens, venit Tripolim, vbi post modicum tempus secundum quosdam letifera veneni potionc succubuit; secundum alios, propter mala & desolationem terra, vitam tædio & angore finiuit.

Porrò Saladinus venit TYRVM, REINERVM Marchionem de Monte Ferrato, quem in bello ceperat, secum adducens, quod per illum saltem filium eius Conradum ad deditonem vrbis de facili sperabat induci. O quām memoranda, quām pia impietas, quā patris amori amorem Dei indicat præferendum. Saladinus constantiam viri liberatione patris labefactare non valuit, non minis flectere, nō promissis. Abiit ergo ad tractanda, quā sibi incumbebant negotia de reno & vrbibus nuper subiugatis, & in eis Satrapas & Iudices ordinavit, Admiraldos instituit, quorum regimine tenerentur. Post modum temporis interuallum cum exercitu magno rediens, Tyrū duobus ferē mensibus terra & mari tam acriter obsedit, ut ciues iam vehementer & extra belllico premerentur assultu, & intus penuria victualium arctarentur, nihil aliud iam habentes, nisi nuces auellanas, quibꝫ riteunque sustentabantur. Tandem callide nocti bellandi opportunitatem ciues cum paucis nauibus, quas habebant, nocte quadam naualibꝫ bello eos aggrediuntur, qui per mare urbem obsederant, & ita nauibus Saladini partim captis, partim confractis & subuersis cum hominibus ipsum Archipiratam debellatum, & captum cum tumultu & plausu maximo in urbem adducunt.

Auditio naualis belli tumultu, & qui erant in obsidione terrestri suorum tamen adhuc infortunium ignorantes confessim machinis & assultu bellico ad expugnandam urbem communiter se accingunt. Turci autem muralibꝫ vi effractis, iam interiorum partem murorum diruerant, iam vrbis mœnia concendebant. Conradus verò vt vir magnanimus & gñarus bellandi, cum suis iam animatis ad pingnam egreditur, facta ad Deū inuocatione flatim clamore & congressu bellico viriliter irruit, & per virtutem Dei vicitrici dextra illorum fortitudinem dissipauit. Trecenti ex Turcis ibi necesse merita occumbunt, exterivertuntur in fugam, & eorum castra cum machinis fabricatis ad vrbis excidium incenduntur. Nostri spoliis ditati gloriantur in Domino, qui suis ciuitibus Tyri duplice triumpho cornu salutis erigens ciuitatem, & populum liberavit.

Præterea Hugo de Tabaria priuignus memorati Comitis Raimundi, & assumptio militari agmine de Tyro egressus venit Arfur. Quo expugnato & spoliato, & Turcis rebellantibus, qui intus erant interfectis, capto etiam Admiraldo, qui præfato oppido præsidebat, latus cum victoria remeauit. Saladinus itaque turbatus vehementer, sed ut erat elati animi pro tempore infortunium belli dissimulans abiit, & exceptis adhuc aliis duabus ciuitatibus, Antiochia scilicet & Tripoli, & paucis castellis, residuum terræ & munitiones poterit obtinuit, & ferè vniuersa terra filuit in conspectu eius.

Postquam fama solito perniciosa index, cum lugenda refert, apud Romanam fedem Ierosolymitani Regni cladem & exterminium diuulgavit; Romanus Pontifex paterno nimis affectu, tantu Christianitatis conspiciens detrimentum, vehementer indoluit, & propter ingruentem necessitatem, maturioris habita deliberatione consilii, necessarium duxit incunctanter mittere legationem ad Reges & Principes, præfertim ad inuictissimum Romanorum Imperatorem Fridericum, à quo tunc maxime utpote maximo & excellētissimo sancta Matris Ecclesie tuore & Aduocato, spes & fiducia hæc propulsandi iniuriam dependebat. Legatio verò scripti seu prædicationis officio generaliter ad omnes viis armorum idoneos, quib[us] Christiano censentur nomine destinatur, eos auctoritate Apostolica in remissionem peccatorum ad dominici liberationem sepulchri monens attentius & inuitans.

Reuerenda sedis Apostolica nunciū directo itinere profecti in Germaniam, ab Imperatore alacriter & benignè recepti sunt apud ciuitatem ARGENTINAM secus fluuium Renum sitam, ubi curiam pro tractandis negotiis Imperii indictam, tunc ipse Imperator celebrabat, terrarum Principibus conuocatis. Nec casualiter, sed diuino nutu magnam illuc sublimium virorum conuenisse multitudinem, ut de Ierosolymitana expeditione latet ibidem inchoaretur auspiciis, quod postmodum apud MAGNTIAM curia Dei & peregrinorum, de qua dicitur inferius, tractauit plenius & promouit. Postera die simul residentibus Episcopis, ceterisque Principibus coram Imperatore, quo etiam ingens militum ciuiumque multitudo conuenerat, indicto silentio præfati nunciū verbū Dei de exhortatione Ierosolymitanæ expeditiōnis, in auribus astantium seminare cœperunt; ad quorum prædicationem, licet gratiosa eloquii suauitate conditam, inter tot

tot millia, miles vnicus, zelo deuotionis accensus, ibi assumpto Crv-
cis signaculo, se ſponſione itineris obligauit.

ARGENTINENSIS autem venerabilis Epifcopus * HENRICVS no- Fuit Baro
mine, vir vtq; tam diuinarum quam ſecularium rerū gnarus & pro- ab Hasen-
uidus, videns, & dolens omnium ferē corda ad huius exhortationem
negotii, de ſomno obſtinatioſis minimē excitari, tanquam diuini, Ichim in 57
autuſſet, Aperi os tuum, & ego implebo illud; naęta oportunitate
loquendi, hoc modo Tulliana fraudela facundia cunctorum ſibi con-
ciliavit auditum:

Ores miranda, o milites egregii, quos animoſitas & probitas in-
nata, armorum exercitio famulos reddidit, & p̄ræ cæteris gentibus
inſigniuit: miramur plurimū, & miratione dignum eſt, q; in tanta ne-
ceſtate erga Deū, ſic modo turpiter alget & torpeſcit veſtra deuotio;
quod obliſti eſtis virtutis affuet, velut degeneres & ignau. Veſtrum
vieq; auditiū min⁹ aliquis, ſeu fabula theatralis demulendo alliceret;
& verba Dei vobis non ſapiunt, q; tam diffiſili & furdo perci-
piunt intellectu. Proh dolor in corde omnium charitas refriguit. Proh P̄al. 13,
pudor, omnes declinauerunt, ſimil inutiles, non eſt qui faciat bonū;
non eſt quem ſui moucat Saluatoris iniuria, ut rurſum dicere poſſit, E/a. 63.
T orcular calcaui folus, & de gentibus non eſt vir mecum.

Et viderit ſi veſtrum quispiam dominum ſuum terrenum ex-
terminii ſive exhereditationis iniuria moleſtari; certe pro illo arma
non ſumere turpe dicitis & probroſum. Quanto magis omnes vnius
capiti membra, Chriſti ſcilicet, ei debemus totum quod fumus,
quod viuimus, quod habemus? Et de plenitudine eius accepimus om- IOAN. 3.
nes, ſed arbori non reſpondent furculi, palmites vritis beneficium non
attendant. Pictatis eſt flere cum ſlientibus; nec vos mouet ad lacrymas
terra Ierosolymitanæ dolor & desolatio, q; nuper audita, omni animæ
fideli amaritudinis & meroris calicem propinauit. Nec eſt amicum
examinat. Et ecce turfum patiens Chriſtus ſuos examines & probet;
ad ſuum vos invitat auxiliū, qui pro veſtra redemptione humanatus,
& crucis patibulo affixus, operatus eft falutem veſtrā in medio terræ.
Haec eft terra hereditas Domini, vbi ſterunt pedes eius. Vnde primū
per Prophetas, deinde per A p oſt o l o s primitua fidei noſtræ plantatio
in orbē terræ eft propagata. Et cum in c̄mni loco dominationis ſuę
glorificandus ſit Deus, ea p̄aſerit loca propenſiori veneratione
amplecti nos conuenit, qua Dei filius ad noſtrām redemptionem ex-
hibendam, p̄aſecta, & tactu ſuę p̄aſentia consecrauit.

Com-

(MS) J
M. M.
SIV
27

Compungat igitur corda veltra, moueat vos & incitet ad vindictam, quod mater & nutrix nostræ fidei sancta ciuitas Ierusalem, delecto & eliminato ab ea Christianæ cultu Religionis, prophanis pagorum ritibus ancillatur. Si enim, quod absit, non est qui adiuuet, vel consoletur eam, ex omnibꝫ charis eius; quid restat deinceps, nisi ut graui Christianitatis emularetur plantatio, & latius paganismi propagines extendantur? Si quilibet veltrum ad prædam, vel aliud maleficium operari alterius flagitaret, profecto multos de facili inueniret complices iniquitatis ad iniquitatem. & de tot millibus vix unicum dominus simili militem adquisivit. Pensate igitur milites egregii, quam felix, quam favorabile & excellens militandi genus, quam fructuosus labor; cuius merces, peccatorum remissio, quam reuera Dominus suis spondet & exhibet peregrinis.

His dictis cunctorū, quasi prius dormitans, excitatur deuotio, de cordibus compunctis erumpunt lacrymæ pietatis: Comites & Barones plurimi, nec non & multa millia tam equitum quam pedum, ad suscipiendum crucis signaculū ceteruatim accurrere. In brevi rumor iste longè latecū; diuulgatus, remotas etiam & diuersas nationes gentium exciuit.

*al. infinito
de,
Anno 1188.
Vide Ot-
tonem de
S. Blasio,
cap. 31.*

Imperator vero, ut vir * multiuidæ circumspectionis, quod iam dudum intra se voverat de peregrinandi voluntate, adhuc dissimulabat, quo usque maior Principum ac aliorum virorum copia crucem sine retractatione ariperet, quoru ope & opera annidente, faciliter & efficacius posset expeditionis negotia promouere. Ad hoc igitur prouida & necessaria deliberatione ordinandum peregrinus specialiter in media quadragesima, qua * tunc euenit festo Kalendas Aprilis, curiam indixit apud MAGVENTIAM, quam recte CVRIAM DEI voluit appellari.

Interea vir quidam religiosus litterarum scientia præclarus, & suauis eloquio HENRICVS scilicet Albanensis Episcopus, Cardinalis, de latere sedis Apostolicæ missus in eadem legatione, ut prædicatore egregius, primò, ut dignum, adiuit Imperatorem. A quo, ut decuit, sat accurate receptus est & benigne. Qui cum de bono Imperatoris ipsius animo, circa peregrinādi negotium, familiari inquisitione & alloquio cognouisset, gauisus est in Domino, & abiens per Alemaniā, verbi diuini semine factō in terram bonam, multos ad viam Ierosolymitanæ expeditionis in breui temporis spatio lucrificit. Deinde profectus est

et ad serenissimum Francorum Regem * PHILIPPUM, & HENRICVM Regem Angliae, qui tunc discordes erant; sed eius sermone persuasio-
rio, pacis reuocati ad concordiam, cum multis vtriusque Regni Prin-
cipibus CRVCIS signaculum acceperunt. Inde in Germaniam redire
decreuit ad præfamatam CVRIAM DEI, cuius terminus instabat.

to de S. Bla-
fio ib. cum
Ludouicu[m]
vocas. Nā
Philippe
Ludouicu[m]
natus est

anno 1187, teste Roberto de monte, ex edit. Ioan. Pistorii tom. I, Ger. script. Quædo Henricus
rex Anglie cum filio Richardo Crucem accepit; vide Rigo dum de gestu Philippi edit. Pistorii
fol. 81 &c.

Statuto curiæ termino adueniente, serenissimus Imperator, Ar-
chiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchioncs, Comites perplurimi & Ba-
rones, ad locum designatum cum innumerabili peregrinorum & a-
liarum gentium multitudine conuenierunt. Letatur se nominatam &
electam, ad determinandum in ea tam favorable communis causæ ne-
gotium, & suis applaudit hospitiis ciuitas MAGVNTINA. Cum in-
genti apparatu de diuinis negotiis celebratur Curia, communis fauore
& veneratione omnium amplectenda.

Affuit inibi venerabilis Herbipolensis Episcopus * GOTHE-
F RIDVS nomine, vir discretus & eloquens, propter honestatem & a-
lias virtutes sibi insitas commendabilis & famosus. hic salutiferæ cru-
cis peregrinus, & verbi diuini seminarior egregius, lepido sermone &
placido sibi concilians intellectum audientium, multa ad exhortatio-
nem via congruentia benè & efficaciter persuasit.

Godefridus à Pi-
jemberg.
Fridericô
I. Cancel-
larius, ca-
thedralen
Ecclesiastis

Herbip. de novo construxit, moritur in hac expeditione Antiochiae. Ex hoc loco patet error.
Bruschi circa annos huic Godefridi.

Nam ipse Christianissimus Imperator, & filius eius Dux illustris
SVEVIÆ, * multi quoque Episcopi & Principes, cum aliis viris subli-
mibus de manu ipsius affumentes crucis signaculum, ibi publicè se
voto & promissione itineris astrinxerūt. Feruer in ipsum tot aliorum
deuotio; tot & tantorum virorum audacia; quasi viro hoste, auida bel-
landi contra odiosam Turcorum gentem, mente & desiderio iam de-
certat; quod ex rumore tanti apparatus bellorum, meritò & Christia-
nis accrescit lætitia, & formidationis terror incutitur Sarracenis.

Præcipuos
nominat
Tageno
Patauien-
sis, in expedi-
tione Ad-
siatica Fris-
derici I.,
inter quos
Episcopus

Herbipolensis, & Bertholdus Dux Meraniae ex Bauaria de castro Andechs natus, qui forte
eis frater Mechtildus, cuius vitam suprà dedimus, nam de patre vix credo.

De præfato vero * Duce maximè gaudendum fuit omnibus pe- Fridericô
G 3 regi-

*Hinc intelligatur ista Ostro-
nū de S. Blasio cap.
31. Pauper-
rioribus ad minū triū
marcarū expenſam, diuīoribus
pro posse expenſas
præparare
indicēs. E-
gentibus autē pondo
triū mar-
carum sub
anathema-
te profe-
ctōne fecis-
tūndi, no-
tis exerci-
tūm vulgo
minus ido-
neos pre-
granari.

regrinis. Nam postea, sicut facta ipsius testantur, celstudo sanguinis & animi sapè, imò semper per multa bellorum discrimina, & grauium experientiam laborū, pro statu exercitus Christi animositatem il- lius ad actus strenuos inuitauit; & ipse strenuitate sua sibi omnium fauorem alsciuit.

Imperator itaque videns, & gaudens, militiam Christi sic læto affluere incremento, edictō prohibuit, ut nemo pedes, nemo vīsus armorum minus idoneus, nullus etiam, qui ad minus in * biennium sumptus itineris habere non posset, peregrinationis viam secum arri- peret: Quoniam ad tam laboriosam expeditionem magis impedire, quā expidere vulgus imbellē & dñe consuevit.

Cæterum quia tam arduum negotium moram & inducias ad præparamenta itineris cōposcebat, de cōsilio Principū scorsum habito, vīsum est Imperatori, ad quod etiā omnes vnanimiter cōlenserūt, vt apposita expeditio à soleūtate in statū Paschē in annū ptelaret, & nono Kale Aprilis in festo sancti Georgii peregrini omnes simul apud Ratisbonam in itinere conuenirent. Constitutionis huius negotio diffinito singuli ad propria remeandi licentiam habuerunt.

Quia verò serenissimus Imperator, & SALADINVS tam per mun-
ciorum, q̄ per donatiuorū alternam missionē à longo tempore amici-
fuerant ad inuicem; Imperator sua Maiefatis prospiciens honestati,
duxit cōueniens, ad cum p̄mittere legationē, & cū denunciatione bel-
li se illius hostē fateri, nisi sanctā CRUCEM, in prælio Christianis abla-
tā, redderet cum terra Ierosolymitana, quā suā subiugauerat ditioni.

Ab HENRICO verò de DIECH, rogatu Imperatoris suscipitur
hēc ad Saladinum legatio deferenda. Præter hēc alia ab Imperatore
legatio destinatur in Hungariam ad Regem BELAM pro mercato, pro
vīc securitate & pacis certitudine vtrōbique firmando. Similiter & in
Greciam ad Ysachium Imperatorem; nec non * SOLDANVM ICONII,
apud quem à multis diebus, propter bona de ipso per internuncios
remandata iam s̄epius & auditā, specialem dilectionis & amicitiae si-
duciam obtinebat.

*Isaac. 10. 2. O ro de S. Blasio c. 31. N. accū soldanire-
gu iconi-
ensis ad Imp. venient, sedusq; quamvis in dolo, renouantes, comeatūm per totam Cilicię
etundōq; exercitū, si paciūs veniret, ex parte domini sui obtulerunt.*

*Extracto-
mo Germ.
script. Vr̄fisi epistola cuiusdam de expeditione hac Frid. I. ubi hēc. Ab amantissimo rege
Hungaria Bela honorifice recepti, & benigne ab ipso & humaniter trādatti.*

tioni & negotiis peregrinorum benignè & alacriter adquieuit.

Porro Cancellarius & Legati Constantinopolitani Imperatoris accedentes ad præsentiam serenissimi Romanorum Imperatoris, benignè ab eo recepti sunt apud NOREMBERC. Vbi per eos tractatum est de negotio memorata pacis. Vnde ab inclito Sueorum Duces & ceteris Principibus, ac potentibus viris, qui aderant, securitatem iuratoriam receperunt; & e conuerso scipios in idipsum iurecurando astringentes, ad plenariam pacis ordinationem, persuaserunt, magnos & sublimes nuncios adhuc mittendos esse Constantinopolim, pro maiori securitate per eos ibidem recipienda, & pace plenius confirmanda.

Inter cetera verò forma condicæ pacis id specialiter continebat expressum, vt peregrini, ex promissione, fructus arborum, olera hortorum, ligna ad ignem, sine vastatione domorum, gramen & paleam ad vfls equorum acciperent; cetera competenti foro secundum statum regionum & temporis exigentiam compararent.

Ad huius legationis executionem honesti nuncii scilicet venerabilis^{*} Monasteriensis Episcopus, Robertus Comes de Massouue, & Henricus junior Comes de Diech, ex deliberatione ipsius Imperatoris, & Principum eliguntur; & ita præfatus Cancellarius cum suis collegis ab Imperatore munificè & honestè dimisssus, in Græciam recessit, in manus fu-

Predicæ
Epistola,
fol. 36c. Re-
gnū Gra-
cie intra-
uum, in
manus fu-

rum & latronum incidimus, nulla in Græciā fide reperta. Nam contra communem non violandorum legatorum legem, Episcopum Monasteriem, & Comitem Ruperrum ceperant. Vide annales Godefridi mon. S. Pantaleonis anno 1189. &c.

Prater hæc iam dudum contigerat, alios Legatos ad Imperatorem accedere, omne bonum amicitia de Soldano mendosè pronunciantes, non solum pro mercato, & via securitate, verum etiam de antiqui amoris perseuerantia, ac totius honoris exhibitione, quem, valetabant, illi præstantialiter impendere peroptabat. Sed vt rei probavit exitus, quidquid mandauerat, vacuum erat à fide, & minimè veritati consonabat. Dignum ergò erat illi accidere sicut & accidit. Nam postmodum detecta fraude, sicut de patrata perfidia meruerat talionem recipere fallax & mendosa eius promissio, meritò in ipsius detrimentum & ignominiam redundauit.

Imperator itaq; vanæ promissioni credulus, & qui in omnibus pri-

pridem circumspectus sollerter sibi præcauerat, modò incatus, & à verbo mendacii circumuentus, præfatos nuncios, cùm eos benignè receptos apud se diutius & accuratius, quām ceteros tenuisset. Benignissime quandam à se dimisit nomine GOTHEFRIDVM simul cum ipsis in legatione pacis & amicitia dirigens ad Soldanum.

*Godefrid.
Monach. S.
Pataleoni
Coloniae in
annalibus
anno 1188.
huc: Phi-
lippus rex
Francie,
& Richar-
dus rex An-
glie, abru-
ptus cruci-
bus, bella
renonant,
terras mu-
ndo deua-
stant, &
nulli erat i-
parcunt.
Postea con-
federari
contra pa-
trē eiusdē
Richardi
prelia in-
staurant,
donec eo
defundo
ad redini-
sa iterum
bella rela-
xantur.*

Designato peregrinationis termino iam instate, zyzaniorum seminatores, & malorum omnium inuentor diabolus * rediniuta dissensione pacem turbauerat inter Regem Francorum, & Regem Angliae. Quia de causa tam ipsi quam alii, multi bellorum occupationibus impliciti, tunc à via proposita remanserunt. Nonnulli etiam elegerunt nauigio transfretare, euocati à proposito terrestris expeditionis, que plus laboris & periculi videbatur habere. Quidam verò pretendentes occasionem ad excusandas excusationes in peccatis, penitus retro abierunt. Sed nemo mittens manum ad aratum, & recipiens retro, aptus est regno cœlorum.

Christianissimus tamē Imperator, vt erat magnanimus, nihilominus animo constanti iter arripuit. Dignum ducens & favorabile, si tandem in diuino obsequio, sequentibus triumphorum titulis, qui bus antē claruerat, digna virtutum suarum consummatio responderet.

Nono igitur Kalendas Aprilis peregrini apud Ratisbonam, si- cut statutum fuerat, conuenerunt.

Monasteriensis Episcopus, Rubertus Comes de Nassouue, & Henricus iunior de Diech, missi Constantinopolim, in præfata legatione, iam præcesserant, ducentes secum centum milites, & alios multos ipsorum agminia dhærentes. Qui cùm per multos labores Bulgariam & Macedoniam transiuerint, Constantinopolim peruererunt;

vbi aliquandiu morati sunt Imperatoris Constatinopolitani qui tunc aberat, redditum præstolantes.

Imperator reuersus illis venientibus ante suum conspectum, hilarem vultum exhibuit, ac si de ipsorum peregrinorum aduentu non modicum lxtaretur. O scelus inauditum, ô immanis perfidia. Reuer- ra iuxta illud Claudiani:

*Edidit simulare fidem, sensuq; minaces
Protegere, & blando fraudem prætexere risu. Legati ergò frustra
exilarati ad hospitia reuertuntur.*

Cur autem subdolis Imperator contra Christianitatem se exhibens petram offensionis & scandali, pacis, & fidelitatis, hilare vultū præ-

prætenderat, quandoquidem illorum exitium rogabat? Sequenti die, illo præcipiente, nuncii capti, spoliati, affecti iniuriis, ad ultimum inter securis per diuersa terroris & metus genera duetti, & miserabiliter distracti, in locum penarum & carceris detruduntur; & sic antiqua nunciorum & hospitiu*m* jura turpiter in viros infantes & pacificos temerantur, ad fauorem & gratiam SALADINI, cuius legationem nuper admiserat amicabiliter sceleratissimus Imperator, qui prius atten-
dere debuisset, illud falem gentilis dictum:

Turpis ericitur, quam non admittitur hospes.

Interea serenissimus Imperator FRIDERICVS signarus tanti, à Ratisbona descendens nauigio ad partes Austriae, exercitu cum equis & curribus per terram cuncte. Et oppidum MVTYSIN, situm in ripa Danubii, flamma vindice funditus cuarterat, eo quod habitatores illius vectigal indebitum a peregrinis transiuntibus arroganter præsum-
plerant extorquerent.

Cum autem WINAM peruenisset exercitus, LVPOLDVS Dux Austriae, qui apud omnes liberalitatis præconio famosus & celebris habebatur, nec cœlitiati peregrinorum laudabiliter consuluit, tum in ministracione mercatu, tum de rebus propriis hilariter largiendo.

Inde progradientes in spatio camporum amplitudine, qui vulgo VIRVELDEN vocantur, castra metati sunt secus Danubium præterfluente, in opposita ripa *BOSOMIUM quod PRESVRC Teutonicum nuncupatur. Ibi quatuor diebus quietare disposuerunt, quoque viuenierunt exercitus illuc conuenisset. Ceteris autem lusibus armorum & quieti vacantibus, imperialis tamen industria minimè vacans à curis, interim tractabat de seris, & expeditionis causas, atque negotia sollicita deliberatione pensabat. Nam *ibidem ex consulta-
tionibus principum & virorum prudentum, ad regendum facilius & coercendum exercitum, sub edicto & iuramento pacis nouarum legum condidit instituta, quibus secundum differentiam emergentium casuum, transgressorum enormitas animaduersione debita puni-
retur.

*Bosa in Pannonia, quæd Bresburg, inquit Otto Frisingensis. Vide Oretius ihesau-
rum Geograph.*

* Erat autem exercitus eius xxx. millia hominum, inquis Codefrid. inter quos erat 15. mil-
lia eleborum militum. A prædicta ergo urbe (Ratisbona) per decursum Danubii iter moue-
tes venerunt in ciuitatem, qua dicitur Brisburg, et est initium Hungariae. Ibi in die Pense-
cessus Imp. conuentum habuit, et iurata est pax ab omnibus, et lex malefatorum lata est.

Latini re-
centiores
rotani Po-
senii. La-
zius Piso-
nium, ex
scriniis
eius/d. vr-
bs, à Piso-
ne quodā
videbiles,
cuius ope-
ra Tibe-
rius Pano-

de processu itineris acutum est. Feria quarta inde morosius, et in obvia Rerum festis occurrerent rex Vngariae cum regis, obviusque naturae tentorum operorum, quod portare vix poterant tria plastrata, et alia insignia. Filiam quoque fratrem filio Imperatorum Frederico deponavit.

Sic die sancti Illino Pentecostes ibi solennizato, ante portas Vngariae peruererant. Vbi Episcopi & ceteri optimates terræ, nunc scilicet Regis Vngariae magnifice venerunt obuiam Imperatori, ipsum ex parte Regis ad introitum regni sui benigne & alacriter inuitates. Imperator ergo cum exercitu ingressus est fines Vngariae, & Pannonicæ partes transiens, peruenit STRIGONIVM, vbi ab ipso Rege & Regina plenius, & cum maiori honoris exhibitione præsentiliter salutatus, magnifice, sicut decebat, ab eis receptus est, & iucunde. Ibi etiam diebus aliquot demorante exercitu, Rex filiam suam inclito Duci Sueviæ despontauit, & in collatione viuentium multa impedit beneficia peregrinis. Cum autem inde placuisse abscedere, Imperator & Rex in sylva quadam venatica, vnde ameno decursu Danubii circumfluentis septa, quatuor diebus commorati sunt in venatione; exercitu interim per terram satis opimam & pascuis refertani morosius præcedente.

Ibi tunc primùm superueniens exercitus de Boemia grataanter se nostro exercitu sociavit. Deinde venientes ad Thrauam fluuium, nec eum inuenientes vadabilem, illum tunc licet cum difficultate, nauigio transferunt. Inde per regionem bonis omnibus opulentam, vicum sancti Georgii, Franciam villam, & Smirnium, ciuitatem olim quidem famosam, sed modo dirutam transeuntes, quarto Kalendas Iulii ad Sauum sive Souam fluuium peruererunt. Huc usque in transitu regni sui nostris fatis accommodus & benignus extiterat Rex Vngariae, nisi in quibusdam postea se suspectum reddidisset.

Post transitum Saui fluuii, nostri iam tunc in finibus regni Graeciae in Bulgaria constituti, castra metati sunt apud BELGRANVM; vbi quidam ex peregrinis propter violationem pacis membrorum truncatione plexi sunt, quidam etiam propter grauiores excessus coram Imperatore capitem sententiam subierunt. Vnde cunctis potuit euidenter innoscere, in quantum Imperator & exercitus Christi pacificum per terram illam transitum exoptabant.

Sed in instanti perfidi Imperatoris YSACHII, nequissimo Duce exercita in villa que Belgrae (Belgradum) dicitur, ad quam duo nobiles de Alsatia pro violata pace decollati sunt,

BRUN-

BEATUNSIT procurante, GRACI, * BLACCI, BVLGARI, cum innu- Valachi,
merabilibus aliarum populis nationum, iam nostris * extiales machi- Vide Ta-
nabantur insidias, & conuenticula eorum de sanguinibus, & de per- genosom.
nicie gentis nostra. Exercit' verò de BELGRANO digrediens, & duorū er Gode-
dierum itinere incedens per sylvestria, peruenit ad * MARYBIVM, quē frid.
etiam nauigio transmeauit; & defixis tentoriis fecus DANVBIVM in Godefrid.
campis BRYNDVSI, septem diebus continuis quieti vacauit, quo & Marovvū
HAINRICVS Comes de SALME cum ciuib⁹ METENSIBVS, & agmen
peregrinorum Vngariæ superuenit.

O nefanda & innata Græcorum perfidia! de quibus non ab re-
legitur; timeas Danaos & dona ferentes. Dux Brundusii & maiores
Provinciæ, premisis donatiuis suis, Imperatorem sub specie dilectio-
nis aduentū, hunc labiis honorant, mala autem in cordibus eorum.
Porro quia necessarium erat, tantam multitudinem, ut pote per ter-
ram nemorosam, & viam difficilem transiit, per agmina diuīsam
incedere;

In primo agmine instituti sunt VNGARI ET BOEMI, ut ad ex-
plorandum de situ locorum & viarum transitu antecendant.

In secundo verò Dux SVEVIAE & Ratisponensis Episcopus
cum suis.

In tertio tres Episcopi cum suis HERBIPOLENSIS scilicet, LAO-
DICENSES, BASILIESES.

In quarto & vltimo agmine Imperator, & reliquum robur exer-
citus designantur.

Interea præfatis hostibus, quorum velocius pedes ad effunden-
dum sanguinem, ad latrocinandum egressi, armigeri de castris egre-
dientes, ad comportandum gramen sive pabulum ad vsus equorum,
de die in diem necem toxicatis eorum sagittis incurvant. Nonnulli
etiam ad castra spoliati & sauciū reuertuntur. Nostri tamen vana &
frustratoria spe decepti, super his omnibus Conflantinopolitani Im-
peratoris conscientiam excusantes, & suspensa vltione aīhuc patien-
ter hæc duxerunt in commoda sustinenda.

Relictis ergo nauibus, & curribus oneratis, à Brundusio ca-
stramouentes, prius ordinatum iter arripiunt. Precedunt Vngari
& Boemi in manu armata, flammis atque securibus, præclu-
sos viarum transitus referantes. Dux verò Sueviae cum suis illos
subsequens in sylva, ubi nocte præterita castra posuerant, sine requie
pernoctauit. Nocturnis enim excubis adhuc in agmine suo minus

H 2 pro-

M.J.S.J.J.
m. b.
SIV
27

proinde ordinatis, dainum inopinatum ab hostibus recipit, quib[us] improviso de nostris intra castra pluribus suciatis, virum militem & quosdam alios occiderunt. Nostris tamen ex parte factis, proutus expelluntur. Dux itaque ex d[omi]no sibi illato cautor eff[ectu]s, sequente exercitu, & praecep[er]t patrem suum celeriter præmuniuit.

Imperator vero callidè cum armata manu militum præfatis hostibus tetendit insidias, qui merito in fouam, quam nostris parauerat incidentes, addicti patibulo pœnas debitas exsoluerunt. Quosdam quoque impatienter viuos retinuit, quorum iudicio quosdam ex ciuiis BRYNDVSI, nec non & alios multos suorum maleficiorum complices in quadam munitione nuper ab eis constructa obseedit, & comprehensos ad necem similem patibulo commendari præcepit. Et quoniam fraus Constantinopolitani Imperatoris, & Ducis Brunduſi, ex illorum quoque confessione innuit, pars militia reuersa, Brudusum proflus incendio deuastauit. Procedente ergo exercitu, & prædonum malitia in nostros, cede, rapina, furto, de die in diem rediuiuis assultibus, degrassante, quidam ex nostris incaute transentes, illorum sagittis intereunt. Sed plures ex hostibus vbi cunq[ue] in manus nostrorum incident, velut canes immundi, seu lupi rapaces, à pedibus sursum, & deorsum ceruicibus, secus viam arboribus suspenduntur.

Inter h[ec] dum transire miles quidam egregius, FRIDERICVS scilicet de BERGEM, equum, cui insidebat, ita sagitte repete vulneratum aspergit, & circumquaque intuens, & nusquam auctore vulneris comparente, miratus est vehementer. Tandem suspiciens quendam ex hostibus in summitate arboris vidit inter frondos ramos infeliciter latitantem, quem ad ipsam arborem cui miser male inhaeserat, firmo alligavit suspedio, sociis suis prius ad tam monstruosa re spectaculum conuocatis.

Sic peregrini variis casibus bellorum decertando peruenierunt ad oppidum RABINEL, p[ro]ne omnino dirutum & destruētum. Ibi accessit ad Imperatorem nuncius Regis VNGARIE, excusantis moram generi sui, Imperatoris scilicet Constantinopolitani; quod iam dudu[m] Helleponiacum mare, quod dicitur brachium sancti GEORGII transierat, obsidere PHILADELPHIAM, tunc temporis sub quodam THEODORO nomine rebellantem.

Præterea venit & alius legatus in dolo deferens litteras Cancelarii Constantinopolitani, quarum tenor per omnia bonum mendaciter promittebat: Imperatorem videlicet Constantinopolitanum valde

Vide Le-
unlauium
in pande-
Bi b[ea]t.
Turcice
cap. 118.

valde mirari se nondum certificatum fuisse de aduentu Imperatoris & exercitu peregrinorum, vt eis honestorum virorum procuratione mercatum cum honore debito ficeret exhiberi. Prater hæc quoque milios eis à Constantinopoli viros sublimes, qui apud urbē * STRA-
LICIVM magnifice præstolabant aduentum exercitus, vt Imperato-
ri decenter occurrerent cum præparatione fori, & honoris debiti ex-
hibitione. Sed proorsus vana & sterili hæc erat promissio. Nam iniquus
Dux Brundusii iam præcesserat, qui vbique fugi omnibus indicta,
frangi molendina præcepérat, & mercatum subduci.

Inter bellorum turbines serenitatem tunc temporis arridente, no-
sti iam appropinquabant * NISSÆ ciuitati, quam cum tota adiacente
Provincia de Constantinopolitano præceptam Imperio NEAMAN &
CHRAZIMERY magni Comites de SERVIA & RASSIA, cum tertio
fratre MECCHILAO nuper in suam redegerant potestatem. Illi siqui-
dem gratianter egrediuntur obuiam peregrinis, maxime Imperatoris
aduentum, pro vt decebat, cum ingenti pompa & apparatu magnifi-
co salutantes, hunc honorant propensius, hunc benignis stipant ob-
sequis; singulis etiam Principum boues, oves, vinum, frumentum, &
bordeum diuidentes munifice, & mercatum omnibus ministrantes;
omnimodum spondent Imperatori obsequium, aduersus quamlibet
gentem, & maxime contra Constantinopolitanum Imperatorem, vo-
luntarium offerentes auxilium, tam de se, quam de ipsis forum coniura-
tis & amicis, KALOPETRO scilicet & ASSANIO fratre illius, qui quoque
partem BYLGARIÆ circa Danubium, & partes THRACIAE sibi subiu-
gatas virtute bellica obtinebant.

Sudent etiam, summopere caendum esse à fermento Græ-
corum, & de manu ipsius Imperatoris quegrunt recipere memoriam
ciuitatem Nissam cum illius compertientiis, & totam aliam terram
ipsorum, non metu Imperatoris Constantinopolitani, sed solo Ro-
maniam imperii, cui per hominum desideranter subiici affecta-
bant.

Ad hæc serenissimus Imperator, vt amator pacis & fidei, solle-
ter pro tempore & conuenienter respondit, sc̄ quia crucis gestabat si-
gnaculum, contra Ieroſolymitanæ terræ inuasores velle insurgere; nec
venisse ad terram Christianorum debellandam; si tamen per Graci-
am pacificum transitum posset obtinere. Sin autem, diuino coope-
rante auxilio, viam ferro facturus erat sibi & suis fratribus peregrinis.
Apud Nissam igitur sex diebus continua ad recreationem exercitus

alii vocane
Straleiz,
or Strali-
sen.

* Tageno
Pasjauen-
si, Deuina
Kal, Au-
gusti re-
natus ad
ciuitatem
Nissam,
ibimagnus
comes Ser-
bie, cum
magno ap-
paratu ob-
uiam nobis
venit, que
dominus
Imperator
honeste ex-
cepit, &
multa cum
eo pertra-
dans, ho-
nesta ei do-
maria de-
dit sic uer
ipse magna
ab eo rece-
pit. Simili-
ter omnes
Principes &
predictio
Comite
vino, me-
done, & a-
nimabibus
multa ho-
norati
fuerunt.

demoratus, præmissis gratiarum actionibus, de honore & commoditate percepta, præfatis comitibus valedixit.

Exercitus à Nissa digrediens ordinatè, sicut prius, & diuisus per agmina incedebat. Qui cum iam per quorundam abrupta montium, & ima vallium, laboriosè transire, reiteratis bellorum assultibus, acriter infestatur ab hostibus, qui iam pridem vnde vndique conuenerant, necem & incommoda peregrinorum palam & clanculo machinantes. Ibi ex nostris * vnu miles occiditur, multi vulnerantur sagittis, nonnulli etiam currus in agmine PATAVIENSIS Episcopi, & Ducis MERANIAE, militari absente præsidio, spoliantur.

Inter hos bellorum tumultus accidit, vt cum hostium proternitas die quadam in peregrinorum agmen insurgeret. Vnus ex militib⁹ nostris grauter ægrotans, & nimium imbecillus, baiularetur in ferto, qui auditu clamore bellico, & cominus visis hostibus, velut sibi redditu sanitati, protin⁹ lorica induitus, de strato profiliit, & uno ex illic viriliter prostrato, ceterisq; in fugam veris, reuersus ad lectum, quem audace timor fecerat, infirmitate decubuit recidua.

Nostris deinde in quandam vallem aliquantum spaciosem ingressis, rursum prædones tam equites quam pedites ex omni parte conueniunt, illos diceq; noctuq; irremediatis incommodis premunt; hos occidunt, illos fauiant, & in quos prædandi facultas non datur, furtiuia dispendia moliuntur.

Ventum erat ad quandam nemorosam vallem, & angustam, ubi hostes, inter quarundam fauces rupium, qua nostri erant transtuti, viam præcluserunt muro, & densitate nemorum excisorum, hac tamen Vngari & Boëni cum manu armata, diruto murorum obfuscato, præcesserunt; hac quoque illustris Dux Suevia vi bellica transiit indemnis, nisi boues abductos à prædonibus amississet. Post hos quidam incaute nimium gradientes, inciderunt in manus hostium, à quibus spoliati sunt, duobus ibi peremptis militibus, & aliis multis, qui curru minabant, lethaliter fauciatis. Porro accidit, ut dum eadem via BARTHOLDVS inlytus DUX MERANIAE vellet transire, ecce hostium magis valde exercitus ab utroque latere assiliens, erumpit de montibus, quorum clamore terrifico totum nemus & concava montium echonizant, quibus vnde vndiq; nimis acriter instantibus, nostrorum partitas illorum multitudini iam ultra resisterem non valebat. Cum ipse Dux haud segniter assumens proprium vexillum, suos iam querere mediantes fugæ præsidium, ad pugnam reuocat, & hortatur. Et velut

trux

fruix aper fulmineo dente se ingerit mediis canum latratibus; sic vir magnanimus audact. & in medios hostes viam sibi ferro aperuit, quo-
visq; cedere compelluntur. Nostri resumpta audacia sui Ducis exem-
pli viriliter insistentes, variis strage hostes afficiunt; hos membratim
truncant, illos de arboribus, quos dilectescere frustra sperabant, præci-
pitando in necem paratam excipiunt, & ad terrorem aliorum, secu-
viam in uno patibulo triginta suspendunt. Qui autem præsidio fugaz
potuerunt evadere, vila suorum strage, perterriti. & exinde illorum
aliquandiu cessauit proteritas quoisque subsequens peregrinorum
exercitus pertransiuit.

Cum autem peregrini inde duorum dierum itinere processi-
sent, ingressi sunt aliam vallem, in imo arctissimam, hinc inde monti-
bus in altum porrectis, quam labore maximo transierunt. vbi quia
quoddam agmen nostrorum contigit vehementer infestari ab hosti-
bus, qui deluper insultando in peregrinos deorsum mitrabant lapides
& sagittas. Quid ergo facerent nostri sic vndeque intolerabiliter lacel-
litudinis nullatenus licebat procedere; retroire non poterant, ad hostes
cominus bellando propter arduitatem montium attingere non va-
lebant. Jam habitabant, iam currus meditabantur deferere, vtrum sic
interim fugiendo aliquatenus possent evadere, dum hostes ad tollen-
da spolia properarent. Tandem unus eorum spiritu fortitudinis ani-
matus, fugam omnimodis dehortatur. Et inuentis paucis, qui secum
taetae audeant subire discrimina, collem alacriter ascendit, & stricto
ferro in medios hostes irruens, quosdam necat, quosdam mittit in
precipitum, ac denum firmiter apprehenso illorum duce & signifero,
conluctantur ad inuicem, sc̄q; conluctando per declivium montis usque
adimum vallis insimul deuoluuntur. Nostri vero celeriter accuren-
tes duellum dirimunt, prædonem adiudicantes suspendio, peregrinū
de virtute audacie commendantes. Postquam autem pertulerunt ad Tagino
urbem STRALIZION, quam inuenientur à ciubus derelictam; Impera-
tor edxit, ut primi ultimos expectarent.

Iam multos in exercitu cupiditatis morbus, licentia prædandi
indulta ex necessitate, per avaritiam ultra metas Imperialis edicti ni-
mum euagante. Quos HERBIPOLENSIS Episcopus ad monitionem
Imperatoris redarguit hoc sermone exorsus:

Pollutus est populus anathemate, non ero cum eis, nisi mun- *Iose 7.*
dentur. Illud videlicet innuens & proponens de furto Iericontino
Achan, propter quod peccatum unius universus populus dicitur cor-
ruisse,

*Tagino
aut perue-
nisse terris
Iaus Au-
gusti.*

ruisse, vbi etiam legitur Dominus dixisse: Anathema in medio tui est Israel, non poteris stare contra inimicos tuos. Post hæc rumor in castris infonuit, innumerabilem Græcorum exercitum expectare in cæstribus Græciae, qui nostris ad portas sancti BASILII, vbi erat ultima & firmissima clausura BVLGARIAE, parabat congressu bellico obuiare. Exinde Græcorum fraudes iam euidenter patescere ceperunt. Imperator ergo in exercitu, quinque bellicas turmas instituit, vt si forte hostes superuenire contigeret, nostros paratores & munitos ad bellum inuenirent.

Prima siquidem acies fuit incliti SVEVORVM DUCIS, RATISPO-nensis Episcopi, & quatuor Comitum de BAVARIA, cuius signifer BERTOLDVS Comes de Nuwemburc in Brisigaudia.

Secunda Boëmorum & Vngarorum, vtraque gente suum habente signiferum.

Tertia BERTHOLDI Ducis Dalmatiae sue Meraniae, & quinque Episcoporum Witzburghensis, seu Herbipolensis, Laodicenensis, Balienensis, Patauiensis, Osnaburgensis, huius vexillarii ipse Dux & Poppo Comes de Henniberc, Herbipolensis Episcopi.

Quarta ipsius Imperatoris, in qua Tharentianus Archiepiscopus, & Missinenensis Episcopus, Comes de Hollant cum germano suo, & reliquum robur militiae computantur.

Quinta & maior de armigeris & peditibus postmodum apud PHILIPPopolim est instituta. His ita prouidè ordinatis, inde progressi, castra metati sunt apud MONOCHON. Ibi tunc primum superuerunt PETRVS TULLENSIS Episcopus, & GOBERTVS de aspero monte cum sua militia, laboriose per Bulgariae subsecuti; vbi & nostrorum cadavera defunctorum nuper exhumata de tumulis, viderant ab arborebus dependere. O dira & inaudita vindictæ species! ô persecutio monstruosa! Quid putas fecissent, quorum ira, imò furor sic deliquit in mortuos, si in viatos vlciscendi locum & copiam habuissent? Hominem post fata perimere velle, crudelē & velanum.

Ad transitum verò præfata clausura Dux à patre suo iussus præcedere, quingentos milites loricates elegit de præstantioribus agminis sui, quorum etiam ferreos equi habebant amictus. Sub tanto & tali Duce talis acies, talibus instructa armis, quorum splendor reuerberat intuitu cernentis, vt quendam terrorem hostibus possit incutere, quasi ad bellum progrederit ordinata: quam vt viderunt Græci, qui fuerant præmissi ad PORTAS sancti BASILII, confusum timor & hebetudo

tudo mentis eccidit super illos. Et reuersi quantocius diuulgauerunt per viuuerum exercitum Graecorum, indomitam & ferram ALMANORVM Gentem in equis ferreis aduenire, & esse tutius maturare fugam, quam illorum terrificos expectare incursum.

His auditis exercitus valde extimuit, & retro abiit festinanter, reuersusq; PHILIPPopolim, ciuib; fugâ indixit, denuncians aduentum gentis ALMANICÆ, cuius fortitudini vis humana in bello obſtare non valebat. Interea nostri effractis omnibus & succensis clausurarum repagulis, cum armata manu libere tranſunte, ingressi sunt terram adiacentem * CIRCVIZ, terram scilicet planam, fertilem & aſcenſam, vbi mēſis trituratæ, & vnuſiam matura ad vindemiā & omnium bonorum copiā inuenerunt. Deinde venerunt Philippopolim * nono Kalendas Septembbris, vbi, antequam urbem ex præcepto feruissimi Imperatoris intrarent, aliquot diebus in caſtris extra mœnia commanſerunt.

Est autem Philippolis urbs prædita & sublimis metropolis in capite MACEDONIÆ sita, vberate glebae & pingui territorio adiacentis Provinciæ circumquaque referta. Ibi Imperator de captione nunciorum suorum certificatus eſt, cui quidam PISANVS nomine IACOB, impetrata prius securitate, obtulit * litteras, hoc modo in ipſo ſalutationis exordio Constantinopolitani Imperatoris fastum & arrogatiā exprimentes: YSACHIVS à DEO CONSTITUTVS IMPERATOR GRATISSIMVS, EXCELLENTISSIMVS, POTENTISSIMVS, SVBLIMIS, MODESTOR ROMANORVM, ANGELVS TOTIVS ORBIS, HÆRES CORONA& MAGNI CONSTANTINI, dilecto fratri imperii ſuī maximo Principi Alemanniæ, gratiam ſuam & fraternalm & puram dilectionem.

Et erat continentia literarum, iſipsum de præſumptuoso Imperatoris & peregrinorum aduentu in Graeciam contra ſui voluntatem Imperii plurimum indignari. Attamen, quia peregrini erant, ſi paciſcum defiderabant tranſitum, & mercatum, exceptis nunciis, quos apud ſe detinebat, adhuc erat neceſſe prius ſibi dari obſides, iſipsum ſcilię filium Imperatoris Ducem Sueviam cum aliis ſex de Episcopis & Principibus carteris, quos in allet eligere inter omnes.

Grecia, ait Godefr. ad eum venerūt, per quos ei demandauit, ſe ſaluum eſſe, & nihil aliud. Iterato per alios ei demandauit, ſe poſt Deum eſſe dominum dominantium. Tertiò ei demādauit, quod si regnum Romanorum dare vellet in manus eius, & ab eo loco hominii recipere, conduſſum ei daret per terram ſuam, & mercatum ſufficiente.

Tageno;
Circuicen.

Tageno;
aīt 8. Kal.
venisse.

Non mire-
rū, cū Ta-
geno ait li-
teras Impa-
Conf. à
Friderico
acceptas
12. Kalen.
Sept. Nam
ex Gode-
fridi an-
nalib. pa-
teter nos
nuncios
miſſos. Ibi
(Philippo-
li) reſpon-
ſales regū

Sed nondum sciebat superbis & stolidissimus Imperator à quanto & quali principe ad ignominiam suam tām superba & ardua requirabat. Multis enim nona indigne cedit in contrarium, qui in superbia & abusione præ cogitant & disponunt. Auditio itaque literarum tenore, peregrinorum ira vehementer effebuit in gentem Græcorum. Imperator verò licet de captione nunciorum suorum interno angeretur dolore, exterius tamen tām vultu quām sermone solitam modestiam exhibebat, & secundum illud Vergilianum:

Spem vultu simulat, premit alto corde dolorem. Præfatus ergo nuncius sine responso pacis Constantinopolim remeauit.

H
Erat oppidū quoddam haud longē à Philippopoli in arduo montis situm, nomine SCRIBENTION, tām naturali positione loci, quām mœnibus turritis firmissime communītū. Illud tamen ab HENRICO de CALLENDIN Imperialis curiæ Marschalco in primo assultu coactū est ad deditiōnem, cui tenendo Imperator militarem custodiā deputauit.

Interea relatu quorundam strenuo Sueorum Ducis innotuit, Græcorum exercitum in propinquæ regionis confinio demorari, ad insidiandum nostris, si forte aliquos incaute contingenteret in prædam exire. Dux igitur assumpio sibi agmine militari, ad illos nocturno tempore properauit. Qui in primo diec diluculo licet premuniti fuissent, non tamen omnes terribilem nostrorum incursum potuerū euadere. Perempto ibi signifero & aliis quinquaginta de populorum ALANORVM; qui erant conductiti milites Imperatoris Græcorum. Sic hostibus inde exterritis, & acceptis spoliis terræ, Dux ouanter regreditur cum triumpho.

*T*ageno
Vereæ leg.
Beros. Vi-
de Orelli
thei. Geogr.
verbō.
Berrhœa.

Paucis diebus euolutis fama rursus aduolat, apud urbem * VERO rot nuper alium Græcorum exercitum conuenisse, quem præfatus Dux & consanguineus eius Dux MERANIAE in fortis manu similiter adire disponunt. Græci verò intellecto nostrorum aduentu, turmis ad prælium ordinatis de vrbe exeunt, velut se facturos aliquid grande promittentes. Sed postquam agmina & arma nostrorum corucantia minus aspicerunt, primum vrbe relicta, stupidi velut oves ad incursus luporū diffugiunt ad montana. Nostrī vrbc ē introcunt cuius præda & spoliis ditati in equis & curribꝝ victoriose PHILIPPOLIM reuertuntur.

Præter hæc in breui temporis spacio nostri in manu fortis obtinuerunt circiter decem oppida, duabus aliis ciuitatibus PERMIS scilicet & * BRANDEVOR ad deditiōnem coactis. Sie in conspectu genitris nostræ

nostre terra silentie; incole supplicantes pro pace, mercatum promit-
tunt, & sub tributo pace Imperatoris impetrata, & exercitus, reuer-
tuntur ad propria, promissionem fori satis fideliter adimplentes.

*serat: Po-
teſt etiam
legi, Bran-
deum.*

Iam numerofitas currum in prædam egrediens, totam terram depopulando spoliis & vietualibus onusta redibat. Oves & boues, in-
super & pecora campi tot erant in exercitu, quod bos vnuſ quinque denariis, & duobus vel tribus vnuſ aries emebatur. Quicunque affe-
ſtabant prædam, aurum, argentum, & pecuniam multam nimis de fa-
cili conquirebant. Præ multitudine spoliorum operosa rapetia, & fe-
rica indumenta nihil pendebantur. Prouidè, qui:

Luxuriant animi rebus plerunque secundis.

Luxus & superbia ex temporalium bonorum affluentia coepe-
runt in exercitu pullulare; iuxta illud Rabani dictum; Plerumq; sub-
iectorum inflatur animus, dum in luxum superbiaz ipso potentiaz fa-
ſilio lenocinante corrumpitur.

In cunctis tamen vir modestissimus Imperator sollicitabatur plu-
rimum, & super tam tædiosâ exilio prolatione intra se anxius, nun-
ciorum etiam suorum captiōni misericorditer condolebat. Nec mi-
nus perfidus Imperator CONSTANTINOPOLITANVS interno mctu &
tædio tristabatur, sic videns, sui statum Imperii ruinosis distractioni-
bus pessum ire.

Contigit ergo tandem hinc inde pace mittendis nunciis impe-
trata, alterna legationes intercurrere, ad bonum pacis & concordiaz
reformanda. Deinde memoratus Iacobus, & quidam Graecorum
proceros acceſserūt ad Imperatorem apud PHILIPPopolim ad bonū
reconciliationis, nunciorum liberationem & fædera promittētes. Sed
fide non adhibita verbis eorum, inefficaciter redierunt.

Postmodum iam nostris desperantibus de pace reformanda, &
dereditu nunciorum, ecce rumor præambulus, illos iam absolutos; ac
CANCELLARIVM quoq; & alios quatuor Graecorum Principes ratio-
ne dignitatis Graeco vocabulo *SEBASTON* dictos cum eis denunciat
aduenire. Quibꝫ peregrini in festino gaudio desideranter boccurruunt;
a f. Schae-
fus. Ques-
tos. quos Sebas-
tocrator, vide in Europalata se officiu aula Constantiop. b *Togeno: p us*
quam 3000 elefant. morum milium cum lanceris & scutis, eques in gyra vertentes qebro, ex
*pene milaria nostris nunciis ocurrerunt; ita ut Cancellarius Graecorum, & alii Graecorū op-
erimates multū terrorerent, insidiis sibi parata suis. Quid ita audisci! Dux Sie-
rus & ali proceri, statim depositis cutis Graecos benignè exciperant, dicebant, scilicet esse con-
fuetudinem Teutonicorum, & factum fuisse ad lessitam & honorem extiuentur, &
gloriam Graecorum. Deinde nuncius Graecorum in hospitiis collocati, nunciis nostri ad im-
peratorem usque magno triplu deducuntur, quibusdam cantantibus: Aduenisti*

desiderabiles. Et etiam quibusdam cantantibus, Hunc iste Hec dicit lacrimam. Dominus vero
Imperator de domo sua exiens, in amplexu Episcopi et Comitis irruit, cum multis lacrymis eos suscepit,
dicens: Gratias ago Deo, quia filii mei mortui fuerant, et reuixerunt, perierant, et inuenientur sunt.
Hec Tageno apud quem ex parte epistola Friderici ad Lupoldum Austriae Ducem,
vbi dicitur, legatos venisse in festo SS. Simonis et Jude.

gaudentes merito de receptione fratrum, qui quasi mortui fuerant,
reuixerunt, perierant & inuenientur sunt. O quanta gaudia, quam iucunda
fuerunt illis oscula! vbi ipse piissimus Imperator lacrymatus est pro
gaudio, suorum tam desiderabili exhilaratus aduentu.

Græcis itaque conductis ad hospitium, coram Imperatore concuere omnes intentique ora tenebant, Episcopo Monasterensi suorum casum & laborum seriem exponente. Post miserandorum verò
& in expicabilium malorum narrationem idein Episcopus subiunxit de perfidia Græcorum, de confœderatione scilicet Imperatoris

YSACHI cum SALADINO, de prædicatione *Patriarchæ, quo
modo Græcis iniunxerat in remissionem peccatorum peregrinos occidere & delere de terra. Præterea de machinationib⁹ fraudum, quo
modo in transitu maris, quod dicitur brachium sancti GEORGI, Græci
terrestri & nauali prælio peregrinorum delere exercitum intendebant; qui etiam idcirco in Græcia moram nostrorum in hyenis asperitatem protraxerant, quando illos transituros sperabant; ut velsic
qui per eos bello domari non potuerant, in Romana, vtpote terra
frigida & sterili, tabescentes fame & frigore deperirent. Græci nostris
has machinabantur insidias; sed frustra iacit rete ante oculos pen
natorum.

Postera die Cancellarius & sui collegæ imperatorio se repræsen
taverunt conspectui, parati iurecurando in dolo confirmare pacis ca
pitula, quæ iam pridem ipso CANCELLARIO procurante apud NOE
TAGENONCE REMBERC fuerant ordinata. Illos igitur verbis Imperator talibus af
vorationem fatur:

Friderici. SVBLIMES viri estis, & magni proceres, satis vos commendat ho
„ nestatis opinio, vt iuramento vestro fides sit adhibenda, sed aqua læso
„ feruida, frigida suspecta habetur. Nouit ipse Cancellarius quis fecerit
„ irritum quod apud NOREMBERC iuramento firmauit. Quæ ab initio
„ sufficere potuisse sacramenti securitas, iam nobis minus suffici
„ ens, & incerta videtur. Per multa iam damna satis experimento didi
„ ci, quam integra, quam secura est pax domini vestri, qui indigni factus
„ exhibitione per literas iam sepius mihi Græciam suam demandauit.

Sciat

Sciat autem me nec sua, nec ullius egere gratia, nisi solius Dei, & apud Deum bonorum hominum interuenient. Desinat ergo. Vel de ipso non fero aequanimitate, si tam arroganter me presumat de cetero salvare.

Anne scit dominus vester quis sim? nondum forsitan me agnouit? Sum utique & dicor FRIDERICVS ROMANORVM IMPERATOR ET SEMPER AVGSTVS, a quadringentis annis Romani sceptrum imperii legitima & successiva antecessorum meorum possessione mihi transmissum, tricennali possessione huc usque inconcussè tenui, & adhuc obtineo, nullo Principum reclamante. Quod qualiter propter desidiam, & tardum succursum cuiusdam ex praedecessoribus domini vestri a Constantinopoli Romanum translatum sit, testificantur illi, qui gesta Romanorum & Friderici seriem reuoluerunt. Non ergo ROMANORVM, sed potius ROMANORVM moderatorem se dicere debuisset.

His auditis Cancellarius & ceteri Graeci existimantes, iam sibi carceris imminere supplicium, timuerunt valde; & visus est eis nouissimus error peior priore. Imperator vero metum illorum considerans, & notans palloris indicia, verbis prioribus haec continuando adiecit.

Manifestum est omnibus, nec nos latet, in quantum Dominus vester erga nos contra suæ debitum dignitatis excessit: nec tamen contumeliam, hoc in vestrum redundare dispendum. Quia non est consuetudo imperii, nec vestrorum mouemur exemplis, legatos aliquos lassionis iniuria molestare. Vnum tamen de fratre meo, domino vestro confido, vt antequam regni sui fines egrediar, ad plenum restituat, quidquid adhuc de rebus & spoliis nunciorum meorum dignoscitur detinere.

Haec locuto Imperatore, Graeci dixerunt; se non venisse instritos vel missos ad talia respondere. Sic indeterminato pacis negotio reuersi sunt Constantinopolim, nihil aliud nisi rumorem dissensionis & minas bellorum annunciantes.

Interea coram Imperatore inter Principes habita deliberatione super negotia & status exercitus; quidam suadebant hyemandum esse apud PHILIPPOPOLIM; præfertim quia iam tempus hyemale instabat, tempus scilicet mouendis castris minimè opportunum. Alii vero expeditius esse dicebant, dimisisse in urbe custodibus, ad aliam terram debellandam procedere, Gracorumque exercitum, & urbem ADRIANOPOLIM in manu fortia dire; quorum sententia demum placuit unius.

MSS.
SIV
27

a Hermā-
no,
b Theo-
baido,
c Berch-
toldo,
d Leo Con-
stantinam.

Tageno;
Anno 1190.
pars illa
exercitus
nostris, quae
biemane-
rat apud
Philippopo-
polim, se-
cure est
dominum
Hadriano-
polin ver-
sus 18. Kal.
Feb., Con-
uenit Con-
stantinam
12. Kal.
Feb. venit
ad Imp.

Hadriano-
polim 8. Id.
Feb.
et, Iaua-
rensis,
f Tageno;
Demotege,
quod fuit
egregium
castrum
circa ma-
rinum.
Legēdūm
est Didy-
motichon.
Vide Can-

Transactis itaque ibi vndeclim hebdomadibus Imperator cum exercitu inde egressus est quatuor Episcopis LAODICENSI scilicet, a MONASTERIensi, b PATAVIENSI, & c TVILLENSI, & aliis multis remanentibus ad custodiā ciuitatis. Deinde progressi castra metati sunt apud GLISMON, ubi bonorum omnium vberatatem, qua humanae vita sunt necessaria repererunt, & feriati septem diebus cotinus, inde ad urbem d Costantion peruererunt.

Imperator vero qui nuper accepérat legationem regis VNGARIAE, licentiam reuertendi petentis Vngaros; neminem ferentem crucem in angaria curabat ultra secum ducere; sciens utique, & attendens, quod coacta seruitia dominus non acceptet.

Reuertus est ergo e labarenſis Episcopus, & omnes alii peregrini de Vngaria, prater paucos, ducentes turpe, referre pedem, & ab incepto itinere reuocari.

Inter hæc rursus nuncius quidam obtulit Imperatori litteras plenas fastu & arrogantiā, quarum tenor hic erat: CONSTANTINOPOLITANVM videlicet Imperatorem gaudere plurimum de aduentu nostrorum, quia sic illos intra sua retia, de quibus euolui non poterant, detinebat, quod retroire vel procedere iam nequibant.

Frustra tamen sperabat, magnanimum Imperatorem, videlicet his minarum tonitrus deterreri. Siquidem,

Extorquere minis dum sic putat, vt timeatur.

Qui terret plus ipse timeat, trepidusque minatur.

Porro dum nostri in manu potenti procederent, tota terra circumquaque urbium, oppidorum, & villarum incendiis relucente, Græcorum exercitus illos sine mora fugiens antecepit. Quo veniente ADRIANOPOLIM, & nullam ibi expectationis moram facere iam audente, non immerito ciuium corda metu dissidentia quatuntur. Tollentes igitur quæcumque secum ferre vel ducere potuerunt, protinus urbe relicta egressi sunt; quorum pars CONSTANTINOPOLEM, pars vero ad urbem / DIMOTICON fugiendo peruenit.

Vrbs autem ADRIANOPOLIS a fundatore nomen accepit, vrbis scilicet tam loci amēnitate, quam fortitudo adiacentis Provinciæ commendabilis & famosa. Quæ licet à meridionali & occidentalī plaga duorum fluminum amēnis decursibus sit munita, exterius tamen murorum & turrium suarum iactans firmitatem, intus etiam pacuzem. superbire videtur altis palatiorum edificiis insignita. Hanc nostri de-

cimus

cimo Calendas Decembriis ingressi, disposuerunt ibi transigere tem-
pus hymale.

Illustris verò Dux SVEGORVM, vt audiuit oppidū *DIMOTHI-
con, quod vrbi imminebat, munitum & plenum esse rebellantibus
GRÆCIS, illuc assumpta sibi militia festinavit, & statim in circuitu situ
munitionis explorato, licet sibi incxpugnabilis videretur, de sua tame
suorumq; confusus audacia, omnes ad bellicum animauit assultum.

Omnibus ergò extra vnanimiter, & vndique ad impugnandum
insurgētibus, Gracis verò intus fortiter insistentibus defensioni mu-
rorum, tandem contigit HVGONEM WORMACIENSEM, & signiferum
Ducis primos audacia militari muros confendere, quibus cæteri sta-
tim subueniūt, portis effractis viriliter irrumpentes. A quibus de mi-
litia Constantiopolitani Imperatoris, GRÆCI cæteri, ALANI mille &
quingenti strage misera perimuntur.

Hac peracta belli victoria, quis spolia, quis opes referat in oppi-
do & vrbe acceptas? Inter ea militare agmen RATISPOENSISS Episco-
pi, qd aliam vrbe nomine PROBATO debellandam exierat, illam
obtinuit, in qua immensam viualium copiam & spolia multa nimis
acepit.

Præter hæc pincerna Imperatoris, & MARCHOARDVS SENES-
CALCVS expugnauerunt oppidum NIKIZ, vnde Constantinopolitano *al. Niriz*
Imperatori annua pensione tributum toxicī mittebatur. Ibi ab in-
colis didicerunt in multis iam sepius locis latices, & ollas vinarias infe-
ctas fuisse toxicō ad perniciem nostrorum; quos tamen Deus suæ mi-
sererationis antidoto conseruauit.

Porro quorundam exercitum, CVMANORVM scilicet & GRÆ-
CORVM, qui armigeris peregrinorū insidiantes, quotidie neci illorum
inuigilabant, cōtigit ab oppido vulgariter dicto MANIKAVA rebella-
re. illorum agmina die quodam egressa ad insidias, nostri viriliter pro-
pulerunt in fugam, quousq; fugientia se infra oppidum receperunt.

Peregrini verò suorum cæde, sed tamen modica lacestii acriter
ad pugnam, vi bellica expugnauerunt; ubi de hostibus circiter quatu-
or millia tum armis tum incendio perierunt.
Deinde cūm FRIDERICVS Sueorum Dux, & quædam peregrini-
norum agmina intrauissent vrbe ARCHADOPOLIM, contigit quod
dam ex nostris casualiter superuenire, ubi erat quidam exercitus CV-
MANORVM, & sic inter eos bello acriter inchoato, rumor ad vr-
ben deuolat, peregrinos in prælio cum hostib⁹ decertare. Dux igitur
& sui

MS. J. 1. 1.
m. 14.
S IV
27

& sui celeriter, equis velocibus insidentes, nostris parabant auxilium subiectare; cum iam aliquot ex peregrinis, sed multe pluribus de hostili agmine peremptis in prælio, CVM ANI vexillum Ducis eminus cōspicati, dimissa pugna statim fugiunt, & nostris instantibus; fugiendo, spolia multa, & trecentos equos de suis relinquere compelluntur, & vnam mulierem in virili habitu armatam mirabiliter arte & exercitio sagittandi edoctam.

DVCE ADRIANOPOLIM reuerto, nostris aridet bellorum prosperitas, GRÆCIS dolor & trepidatio cumulatur.

Interea vero retum copia sic exuberante, superfluitas nouera modestia, & otium fomes laetiua nonnullos adduccebant à semita disciplina. Quibus exinde proclivioribus ad insolentiam iam effectis, prodiit quasi ex adipice iniqüitas eorum. Quorundam enim animos supra se extulit tumor elationis, nimis intra se de prosperis gloriantis.

Sic leuiter fastus alludit prosperitati.

Nec facilè est æqua commoda mente pati.

Sed iuxta illud Salomonis dictum, Prosperitas flulatorum perdet illos. Christianissimus Imperator, velut alter Phinecs zelum legis habens, in multis de transgressoribus iram suam effudit. Quidam enim propter grauiora flagitia plectebantur capite, quidam in fornicatione reprehensi, vna cum mulierculis denudati flagellis casti, & turpi expositi ludibrio vapulabant.

Dux autem interea ducebat honestius militaribus infudare negotiis, cui² erat labor & otium primum castella & vrbes finitimas expugnare, deinde potenter armata manu perquirere & scrutari statum vrbium, & terrarum in maritimis, quas desolatas inueniebat, à facie illius fugientibus vniuersis.

Inter hæc rursus contigit legatos Græcorum ad Imperatorem accedere, dicentes, se venisse ad pacem, procul dubio reformandam. Quibus secretum habentibus cum Imperatore colloquium, consilio virorum prudentum tractatur de pace, & forma illius prius redacta in scripto, deinde in propositulo recitata. GRÆCI solita tergiuersatione vti volentes, iniciati sunt quedam capitula, quæ redintegrationi pacis videbantur plurimum expedire; & sic cassatis omnib², magis cum denunciatione belli, quam concordia reuertuntur. Trepidat ergo tota vrbis CONSTANTINOPOLITANA, iam suum excidium & exterminium suæ gentis existimans imminere.

Dum hæc gererentur APVD ADRIANOPOLIM, qui crant in vrbem

de PHILIPPOPOLI, iā circa remotores partes terris & vrbib' subiugatis, regionem GRADNIZ ingressi sunt. Vbi quoniā in picturis templorum & ædium viderunt Gracorum imagines equitando peregrinorum ceruicibus insidere, totam terram præda & incendio vastaverunt.

Sic tempore effluente nostris iam erat necessarium de statu exercitus maturo & communi peregrinorū in consilio deliberare in dubitis quid expeditius videretur. Sed his qui erant apud ADRIANOPOLIM incertis de statu aliorum in vrbe Philippopolis existentib', illi similiiter, quid istis contigilist, penitus ignorabant.

Dux igitur MERANIAE, & magnus Comes HOLLANDIAE, & FRIDERICVS de BERGEN cum trecentis electis milicibus PHILIPPOLIM ab Imperatore mittuntur; ante quorum aduentum quatuor milites, & quidam alii de nostris, dimissis ad custodiam eiusdem vrbis, nuper in bello fuerant ab hostibus interempti. Dux vero MERANIAE in vltionem illorum statim exlurgens, aduersus exercitum præfatorū hostium apud BACCON, vbi nostros occiderant, ex eis in prælio trecentos peremuit. Deinde vniuersus exercitus, qui erat apud Philippopolim, vrbe diruta, ne hostibus esset refugium, adiuit ADRIANOPOLIM, sicut ab Imperatore accepérat in mandatis.

Interea KALOPETRS, qui cum ASSAMO fratre suo dominabatur populis BALCORVM, misit legationem ADRIANOPOLIM, diadema regni Gracie de manu Imperatoris capiti suo rogans imponi, & aduersus Imperatorem CONSTANTINOPOLITANVM promittens se venturū illi in auxilium cum quadraginta millibus CVMANORVM. Imperator vero illius petitioni amicabile & placens pro tēpore dedit responsum. Quamvis alia cura & maiori sollicitudine propositum iter perficere moneret. Amplius namque desiderabat partibus transmarinis succurrere, & videre bona IERUSALEM, quam in Gracia demorando alienum sibi imperium vindicare.

Porrò Imperator Constantinopolitanus videns in desolationem terra omnia proditionum suarum molimina redundare, scro pœnitentia datus, rursus pro pace legatos ADRIANOPOLIM designauit, & quod pridem sibi dari ad firmandam concordiam arroganter exegerat, iam à se recipi humiliter flagitabat. Legatis ergo propONENTIBUS firmandæ pacis capitula, serenissimus tamen Imperator nondum fidem adhibuit, sed nuncios suos vna cū illis direxit CONSTANTINOPOLIM, ad rei veritatem super his pleniū inquirēdam. Cognita

K demum

MS. 14
SIV
27

demum rei certitudine, paci finaliter tractandæ impenditur labor & opera. Reuertuntur nunci, condicte pacis capitula reportantes in scripto, hæc scilicet:

Imperator CONSTANTINOPOLITANVS omne damnum in rapinis rerum, in destructionibus ciuitatum, in mortibus hominum, cunctaque sibi iniuriam inexplicabiliter illatam voluntarie pureq; remisit; & in transitu a GALLIPOLIS, vel inter b SISTON & ABDON nauium sufficientiam exhibebit ad transfretationem glorioosi Imperatoris ROMEOS exercitus Christi; & forum rerum venalium.

Et super promissorum fide ac certitudine habenda, obides letissimos de sanguine regio quatuordecim, gratiaq; ducatus domino Imperatori YSACHIVS dabit Imperator filium fratris imperii eius IOHANNIS, dominium ANDRONICVM, & alios iudices sex, & de melioribus CONSTANTINOPOLEOS alios sex, & dominum MICHALEM filium patrui sui, & alios nobiles viros & quinque degant cum Imperatore, & ambulent cum eo, donec secure possit ambulare circa PHILADELPHIAM ciuitatem, inde reuersuri sine lesione.

De damno quoq; quod receperunt apud CONSTANTINOPOLIM Episcopus MONASTERIENSIS, & Comes RUBERTVS, sociiq; ipsorum, faciet Imperator Constantinopolitanus secundum voluntatem & consilium victoriosissimi Romanorum Imperatoris.

Et ad hæc omnia conseruanda iurauerunt intra templum sanctissimæ Dei magnæ Ecclesiæ ad sanctam SOPHIAM, praesente Patriarcha DOSYTHEO, quingenti viri sublimiores ciuitatis & imperii.

Huius itaq; pacis capitulis perlectis, & approbatis in medio Doctorum, etiam ex nostris, ad postulationem Constantinopolitani Imperatoris praesliterunt iuramentum concordie tenenda, si erga ipsos inuiolabiliiter teneretur.

Sic pertractato pacis negotio, legati SOLDANI & MELICH eius filii venerunt ADRIANOPOLIM, flexis genibus, & manu Imperatoris deoculata, simulantes gaudium magnum valde in dolo, causabantur Graecorum perfidiam, à quibus fuerant & detenti. Sed malorum omnium, quæ in captione pertulerant, se oblitos dicebant; quandoquidem iam eis erat liberum tamdiu desideratam imperatorum Maestatis presentiam intueri.

Post hec adulatoria prelocutionis verba obtulerunt epistolam SOLDANI, in qua se maximum in dominum TVRCORVM, ARMENIORVM, & SYRIORVM nominas, & Imperatore, quasi affectuissime salutas, omnimo-

nimodum eius filium solatium & auxilium contra hostes quoslibet
promiscebatur.

O mira astutia, quæ sic callebat sub melle blandiloquii dolosæ
mentis absinthium occultare! Quis tam cautus, quis tam circumspe-
ctus, vt tot infidiarum tendiculas perfendere, tot proditionū laqueos
indennis valeat declinare? Imperator reuera iam in terram scorpiomā
denenerat, quibus non est in facie, quod timorem incutiat, sed pun-
gunt à cauda. Legatis siquidem secundum tenorem epistola talia per-
suader cœperunt.

Maxime & excellentissime Romanorum Imperator, ille tuus ti-
bi speciali amoris fœdere colligatus, Magn' scilicet SOLDANVS & ME-
LICH filius eius, tuum cum maximo desiderio præstolantur aduen-
tum; cupientes de tua voluntate prænoscere, qua terras ipsorum in-
gressurus es, vt cum copiosa fori præparatione & magnifice & iucun-
de veniant in occursum. Qui inter eos discordiam bellī seminauerat,
merita necis peccas exsoluit; & ambo, sicut illi accidit, optant omni-
bus hostibus tuis euenire tibi verò incolunitatem, & prosperam die-
rum longitudinem arridere; ambo idem volunt, in idem cōsentiuunt;
præsertim ad exhibenda tibi omnimoda dilectionis & honoris obse-
quia scilicet inuicem concordantes.

MELICH patris sui gratiâ adeptus illius hæres verus & legitimus
cōprobatur. A teigitur, quasi hæreditario iure reposcit & dignum est,
vt deinceps illa antiqua & specialis amoris tui sinceritas transfunda-
tur in filium, quia patrem hæc tenus dilexisti. Cū regnum SOLDA-
NI, quod tuum fiducialiter reputare potes, intraueris, quasi in pro-
pria terra & munitione constitutus securè & pacifice ambulabis; tota
terra ad tui spem exhilarata aduentus intimo exardecit desiderio te
videndi.

His verbis credulus Imperator nuncios receptos benignissime
apud se tenuit. Sed malè & ad detrimentum seruantis fouetur viperæ
in sinu, ignis in gremio, mus in pera. Siquidem

Testor, & edico, quisquis se credit iniquo,

Iure datum venum, recipit pro melle venenum.

Porrò ne aliquorum inconstancia discordiam & scissuras men-
tium operetur, in exercitu Imperator attendens sollicitate, quia melior
est obedientia quam victimæ, sacramentum subiectionis exegit ab
omnibus quod vnam imiter & voluntariè cuncti prefliterunt.

Et receptis obsidibus tertio Calendas Martii de præcepto Im-
pera-

Epistola
Soldani ad
Fridericū.

AJSJ
m. b.
SIV
27

peratoris omnes ab urbe ADRIANOPOLI, in qua iam quatuordecim Hebdomadibus commanserant, exierunt, & antequam peruenirent ROSSAM ciuitatem, plurima in commoda in castris pertulerunt, nimio superincidente gelu, & inundantia pluuiarum. Vnde nonnulli ex vulgo Græcorum sequentes mercatum, passim in exercitu & in campis deficiente frigore occumbebant. Quorundam etiam peregrinorum currus, vna cum hominibus & iumentis, in transitu cuiusdam riuis subita vi torrentis rapti sunt & submersi.

*leg. Calli-
polm.
In margi-
ne m. c.
vndens
demptus
annus de
mille ducentū, est Christus natus, transit mare rex Fridericus: qui duo versus sunt apud Ot-
tonem de S. Blasio cap. 2, hoc modo: Annus vndens demptus de mille ducentū, Christus uel
natus, transit mare rex Fridericus.*

Inde prætereuntes oppidum BRACHOL venerunt * Gallipolim, vbi dimissis curribus Dux SVEORVM in primis cum sua militia transfretauit. Imperatori vero ad ultimum transeunti Græci solenniter aplauiserunt, tota classe buccinis, tibiis, variisq; Musicorum instrumentorum generibus resonante.

Vt autem vniuersus transfretauit exercitus, omnes obsides, exceptis quinque, impetrata ab Imperatore licentia redierunt Constantinopolim. Sic omnibus per HELLESPONTIACVM mare transecitis de EVROPÆ in ASIAM, mox in ROMANÆ partibus constituti, ingressi sunt minorem ASIAM, olim distinctam duabus Provinciis, PHRYGIA scilicet & PAMPHYLIA.

Et duorum dierum itinere promontana & sylvestria transeuntes, & veterem Troiam relinquentes à leua, die tertia secus fluuium

*Tegano:
4. Nov.
Apr. trā-
uum Di-
gam fluui-
um, seque-
ti die Ane-
tonicam,*

* DYGA ante urbem SPIGAST, castra metati sunt, vbi mercatum bi-duo receperunt. Deinde duobus itinerantes diebus, peruererunt ad magnum fluuium AVELONICA dictum, quem difficilem ad trans-eundum, & vix vadabilem inuenerunt.

Haud procul inde Graci latrocinantes nuper quosdam de armigeris peregrinorum occiderant, inter quos peregrinus quidam natione SVEVS VLMENSIS, cuius germanum suum inuenit, miserabiliter interemptum. Vnde nimio commotus dolore, cum ad inquirenda prædonum vestigia secum assumptis decem viris armatis, circum-quaque nemoru abdita explorasset, aspergit decem ex hostibus. Sed locus in quo se receperant, palude vndeique stagnante, inaccessibilis videbatur. Socii ergo redditum ad castra siuentibus, ait ille, cui dolor de nece fraterna audaciam suggerebat, Expectate paululum, & ego vado

Vadō requirere de manib⁹ istorum sanguinem fratris mei. Sic locu-
tus continuo misit se in lacum.

Cū autem nandō ripam oppositam attigisset, solus decem adi-
re non veritus, in illos fortē exercuit dextrā, & stricto macrone su-
per hostes ictus iētibus inculcare non desit, quovsque nouem illorū
prostratis, decimum in fugam propulit, qui vīla strage suorum socio-
rum exterritus fugiendo in gurgitem se coniecit. Sic peregrinus ho-
stibus peremptis vīctor ad socios remeauit.

Sic rediens tantæ virtutis adeptus honorem,

Funereum per agit fratrib⁹ de funere morim,

Dum de fratre dolet, doleat licet interiorem,

Solatur tamen & munit vindicta dolorem.

Postquam peregrini à flumine AVELONICA iter mouerunt in-
ter oppidum YPOMENON, & ciuitatem ARCHANGELON, ad castra;
transiunt calamos per terram montuosam & sylvestrem, ad urbem
THYATIRAM deuenierunt.

Gracorum verò latrunculi & prædones nostros assiduis mole-
stabant insidiis. Sed VLTICVS Comes de KIBVRG, FRIDERICVS de
BERGVN, & multi alii militari strenuitate proni ad vindictam quoti-
die strage misera illorum audaciam redudebant. CONRADVS quoque
comes de DOREMBERC cum suis, die quadam præmissis, viarum
transitus explorare, vidit in introitu cuiusdam vallis tentoria prædo-
num, qui venerant peregrinis machinari insidias. Nostris itaque cum
clamore bellico impetuofum cursum equorum illuc dirigentibus,
prædones ad cenam iam discubentes repente exterriti fugiendo de
tabernaculis equos, spolia, vasa argentea reliquerunt. Quibus acce-
ptis CONRADVS & sui cum gudio redierunt ad castra.

Deinde nostri per diruta Melcos transiunt venerunt ad ur-
bem dictam * Agios, ubi COSMAS & DAMIANVS fuerunt martyrio co-
ronati. Et procedentes ad aliam urbem, quæ vocatur SARDIS; Inde et-
iam digressi ad urbem PHILADELPHIAM accesserunt. Ibi culpa no-
strorum, qui ante portas ciuitatis segetes nimis damnose & inclemen-
ter seabant, & mercatum enormiter requirebant, inter ipsos & ciues
ritax contigit exoriri. Quia de causa quidam ex nostris, sed multo
plures de ciubus vulnerati & perempti.

Quidam ergo Imperatori suadebant, ut ciuitas expugnaretur,
quod sapientiores ob Ecclesiarum & sacrorum reuerentiam, omnino
dehortabantur; præfertum quia locus ille solus in illis partibus ab in-

cursibus TURCORVM, CHRISTIANIS erat refugium & tutamen. Dux
verò qui præterat ciuitati, humilitatem satisfactionis exhibens Imperator,
sacramento sc & ciues de culpa dissensionis penitus excusauit.
Cùm Imperator dimissis à se Gracorum obsidibus, recessit à PHILADELPHIA.
Quingenti equites inde postillum egressi, temerè inscuti
sunt exercitum in ascensu montium circa HIERAPOLIN à TURCIS di-
rutam, ubi passus est beatus PHILIPPVS. Imperator autem & alii qui
cum eo retro exercitus gerebant custodiā, hostes superuenientes vi-
riliter exceperunt, & de illis pluribus interfec̄tis, alii vieti & dispersi in
fugam, PHILADELPHIAM cum detimento & dedecore coacti sunt
remaere. Multos enim perdidit & deprimit, quod iniurias suas a-
cerbius vlcisci contendunt.

Sic nostri potiti victoria prætereunte HIERAPOLIN LAODI-
CIAM venerant; ubi quoniam intraturi erat deserta & sylvestria TUR-
KIE, feriati sunt propter forum. Deinde inuenientur eos mala, & vi-
ginti dieb⁹ continuo inremebiliter vexati sunt à tribulatione malo-
rum & dolore, ex quo ingressi sunt terram horroris & falsuginis ter-
ram siccām, sterilem, inanem. Prima siquidem die inuenient
secus viam tabernacula TURCORVM & pecora. Sed Imperator fru-
stra sperans bona de SOLDANO edixerat, ne aliquis diriperet res illo-
rum, sique via nimis prolixa gradientes, nec inuenientes gramen ad
refocillationem animalium, vix peruerent ad locum ubi propter
graminis & alimentorum penuriam iumentis labore & fame defici-
entibus, multi equites in breui pedites effecti cœperunt miseriariū,
& casus & labores insolitos experiri.

Est autem consuetudo incolarum illius terræ, qui SYLVESTRES
TURCI siue BEDEBBINI dicuntur, carere domibus, & omni tempore
deendo in tabernaculis, de pascuis ad pascua se transferre cum gre-
gibus & armentis. Hi semper in armis ad bella proni sunt & accincti,
horum innumera multitudo iam contra peregrinos ad bellum vn-
dique confluente, nostri deinceps ipso necessitatibus articulo edocen-
tur propria defensione viriliter insudare.

Turci primū paulatim se ostentantes, & emergentes de mon-
tibus, mox vndeque cateruatim conueniunt, quasi cum nostris bello-
rum præludia incepturi. Nec mora cum accedentes propius insurge-
rent in aciem, quæ retro tuebatur exercitum, decem ex illis, qui equis
præstantioribus insidentes animosiores ceteris videbantur, à nostris

in-

intercepti, celeri nece, dissensionis & bellorum primitias exsoluerunt. Sic nostri procedentes secus fluuium quendam castra metati sunt, ubi ad refocillationem equorum & iumentorum modicum graminis inuenierunt.

Die postera illucescente, innumerabiles Turcorum Phalanges in quodam colle fecerunt viam, qua nostri erant transstuti, conueniunt, suo more belli incitamenta, buccinarum & tympanorum sonitu inchoantes. Nonnulli etiam in primis aciem pone sequente ad bellum provocant. Quibus Imperator paras insidias, iam collectis omnibus aliorum tentoribus, in suo nondum detenso milites armatos abscondit, & in circuitu ignem mitti precepit, ut sic tenebrositate fumi intus latentes insidiae celarentur. Cum autem exercitus inde paululum processisset, Turcivides tentorum illud, meru & socordia nostrorum existimabant derelictum. Quod dum accurerent, quasi ad diripienda spolia festinantes, nostri haud segniter erumpunt de insidiis, & illos non modicas, eade bellando afficiunt; extrema ipsis peregrinorum acie festinanter in auxilium reuertente.

Cetera verò Turcorum agmina iam acriter cum exercitu praecedente incepérant decertare. Sed tamen fortius nostris insistentibus cedunt. TVRCI collé quem occupauerant, secus viā coguntur deficerere, quingentis suorum strage misera ibidem peremptis. O mira nefandæ gentis atrocitas! quæ armis propriis equos proprios, ne in usus nostrorum cederent, eviscerabat, cum expes vita iam videbat fugæ diuortia sibi ulterius non prodeste. Quin iam semineces, & lapsi proprio palpitabant in sanguine, faxi & cepitatem, ut in nos tro iacerent, auellebant de terra.

Videntes autem nuncii SOLDANI, qui adhuc erant apud Imperatorem, hanc suorum stragæ, turbatis sunt valde; sed dolum & dolorem intrinsecum simulatione gaudii palliabant, dicentes: Gens ista, gens audiola, sylvestris, indomita, & effrena, nullius est subdita ditioni; hi sunt prædones, qui soliti deuastare terras transfinimas, ipsum etiam SOLDANVM inquietare non verentur bellis frequentibus & rapinis. O quanto iam gaudio fluctuaret animus SOLDANI, si sciret hoc eis in fortunum accidisse!

Post huius belli triumphum exercitus præteriuit SVSOPOLIM, & cum duorum dierum itinere ambulasset per regionē ab omni amoenitate vacuam & immunem, rursum innumera agmina TVRCORVM ad bellum conueniunt; quia nostri etant inter quendam lacum, &

Tagens:
occisos

300, ait:

(MS.)
m. 14
SIV
27

montes contiguos transituri. Iumentis ergo cum Sarcinis & vulgo debiliore in medio constitutis; Imperatore vero cum suis retro tuta-
lam exercitus procurante, acies Ducas prima feruens studio militandi,
ad tentanda belli imminentis discrimina antecedit.

Facta itaque irruptione bellica in hostes, & ex illis protinus quadringentis occubentibus, sic alii omnes terga fugere dedere, ut quasi ex densitate fugientium tota ipsorum montium superficies videtur nutare. Ibi despoliis victorum nostri libentius rularentur panem, hordeum, & farinam, quia iam nimis in exercitu victualia rarefie-
bant. Progredientes itaque cum triumpho fecerunt præfatum lacum ten-
toria defixerunt.

Iam apud Imperatorem bona spes de **SOLDANO** pridem habita-
titubabat, & exercitus Christi ductore gnaro viarum carebat. Quid ergo
nostris ficeret, sic in arce positi? nisi ille, qui sperantes in se non deserit,
opportunum & maturum eis solarium prouidisset.

Dum in tanta perturbatione sic corda illorum titubantia trista-
rentur, ecce mutu diuino vnum ex hostibus, qui nuper in manus no-
strorum inciderat, vinclitus adducitur, quem ante se iussum adducisic
alloquitur Imperator: Quoniam vt ipse vides, tua vita in nostro con-
sistit arbitrio, si te ipsum cupis a morte redimere, expedite, vt de his lo-
cis desertis & iniitis via compendiōsiore ad **TURCIÆ** campestrīa nos
educaas, alioquin gladius imminet tuo capiti, vt de medio tollaris. Ad
haec **TURCVS** fertur huiusmodi dedisse responsum: Nemo tam prodi-
gus vite, ut libenter, si potest, imminentis mortis laqueum non eu-
dat. Ego vtique nihil adhuc reputans milii dulcissima vita, sub illius ob-
tentu, si mihi adquiescatis, salutare vobis consilium exhibeo. Noue-
ritis ergo quod si hac via, qua ad dexterā, inceditis, profecto mors &
proditio vos manet ineuitabilis, quia terram intrabitis sterilem, ina-
quoſam, & inuiiam, ubi etiam ad præclusos transitus infinita **TURCO-**
RVM millia vos expectant.

Verum si sano adquiescere vultis consilio, me duce ad leuam de-
clinabitis, quam viam vtique inuenietis difficilem, sed securam & an-
te etiam nostem in campestribus **TURCIÆ** vos constituum, ubi &
aqua sufficiencia vobis non deerit, & deinceps plano itinere de vribi-
bus ad vrbes usque **ICONIVM** per terram opimam poteritis ambulare.
Sic **TURCVS** ferrea catena sibi ad collum nixa, ducatum exercitus sub
obtentu capitisi recepit, & nostri illo prævio subsequentes codem die
repererunt in montibus armenta & greges **TURCORVM**, unde oppor-
tunum

unum leuamen suæ necessitatis & indigentia perceperunt. Quibus de vertice montium ante se ad ima speculantibus, mox sub eis spaciofa terra amplitudo cœpit se illorum visib[us] explicare. Vnde admodū gauisī sunt, adhuc tam laboriosi descendens pericula ignorantes. Siquidem in descensu montium nimis difficultas, eo die nonnullos equos, & plurima iumenta cum Sarcinis & viualibus lapsa in præcipitu[m] amiserunt.

Imperator verò interim retro more solito pro tutela exercitus portans pondus dici & æfus, quod via superiore descendens per abrupta montium hostes arcebat à iesione exercitus, qui descendendo sub rupibus pertransibat. Cum autem ad repellendos intolerabiles hostium assultus iam sibi incombret necessitas petendi succursum, Duci filio suo celeriter nunciavit, se nimis grauiter infestari à TVRCIS retro insurgentibus, qui ipsum intolerabiliter premebant lapidibus & sagittis.

Nec mora filio reuerso, & prono in auxilium patris, pugnatur acriter, ubi de nostris quibusdam sauciis, & perempto uno milite, ipse Dux sibi ab hostibus fracto vno dentum vulneratur. Quam ob rem mox tam ipsius Ducis quam aliorum ira incanduit ad bellum; sicque nostris praevalentibus cedunt hostes, & sexaginta de fortissimis illorum in bello cadentibus, carceri compelluntur ad fugam.

Vt autem Imperator & Dux sic triumphant[es], ad exercitum descenderunt, depositis armis pater filii vulnus a piciens, illum sic allocutus est subridendo; Huius cicatrix vulneris, illi, in te de cætero erit virtus & militiae favorable intersignum, quod te iam Deo militasse indicat & testatur. Evidem bellatoris est strenui dimicando ferire fortiter & feriri; sed miles delieatus & ignavus in hoc certamine, & apud Deum stipendiis, & apud homines laude statuit se indignum.

Porro exercitus turmis rufus ad pugnam de more bellantium ordinatis, inde profectus est quatuor diebus continuis, antequam veniret ad urbem PHILONAM, sic bellando cum hostibus, & ex eis plurimos occidendo.

Inter hos quotidianos bellorum strepitus die quadam accedit, ut dum nosci TVRCOS in fugam propellerent, equis cui insidiebat FRIDERICVS de HVSEN, omnime sinistro corrueret inter hostes, vnde, propter dolor, quia miles strenuus & famulos, lapsus in mortem, nequivit resurgere; merito ille casus lacrymabilis totum exercitum conturbauit.

(MJS) J
om. b.
S IV
27

Deinde qui erant maiores inter Turcos, cum viderent nostros
sic intrepidos proprijs defensioni constanter insisteremus, Imperatoris re-
tantes constanciam, illū verbis per internuncium cōuenierunt: Quo-
niam stipendiarii milites sumus, si vis nos ab infestatione tua desistere,
cum malle debes partem pecunia tuæ nobis diuidere, quā totam
viamittere, expedit tibi, ut de illa nobis munificè largiaris.

Ad hæc magnanimus Imperator sic ironice fertur respondisse:
Quā loquidem pacem vestram pretio oportet nos conducere, deno-
stro vobis omnibus largiemur unum argenteum, ita scilicet, ut inter
vos æqualiter diuidatur. Hęc audientes Turci, vehementer admirati
sunt de magnanimitate illius, qui ad strepitum tot bellorum cedere &
flecti neciū, cum sua gente tam bellicosa & insuperabili quotidie sic
ordinatè & triumphaliter incedebat.

Præter hæc nuncii SOLDANTI, qui adhuc comitabantur exerci-
tum, querentes in dolo occasionē, qua ab Imperatore possent recede-
re, dixerunt ad illū; Si sedeat Mihi stat; nos, operam daturi eis, qua ad
pacē comitante uno ex militibus suis ibimus ad ADMIRALVM PHI-
LOMEN E, quatenus illo iubente siue compellente, gens ista ferina &
fœtida, qua sic nos quotidie infestat, ad propria reverteratur.

Imperatore igitur huic dolosæ annuente fusione, nuncii PHIL-
LOMENAM ingressi sunt, ubi retento Imperatoris nuncio, mox ad illū
miserunt, & mentientes se à TURCIS detineri in captione, qua apud
eum de rebus suis diuiserant, reposcebant. Et licet fraus illorum per
hoc euidenter patesceret, Imperator tamen nihil sibi de rebus eorum
voluit sibi retineri.

Vt autem exercitus appropinquabat urbi, infinita item hostium
multitudo iam nostros fame & inedia confessos existimans, in illos
proterius solito insurrexit; & iam veluti certa de triumpho spolia pa-
rabat accipere, cum VLTICVS de LYCELENHART, & alii strenui bel-
latores exercitus, hostiles turmas viriliter repulerunt à castris; Sicque
nostrī ab occasu solis totam ferè noctem duxerunt insomnem intra
urbem, & extra, vacantes cardini hostium, quo, ylq; ex illis circiter quin-
que millia prostrauerunt.

Quibus inde profectis rursus TURCI innumerableis, barbaris
circumquaq; per stridentes clamoribus, & ad pugnam acriores solito,
densatis agminibus incedebant. Quantò enim plures cadebāt in præ-
lio, tanto maior illis numerus quotidie novis superuenientib⁹ videba-
tur accrescere, velut Hydra redditio sibi fœcundior damno capitum
abscissorum.

Edi-

Edictio SOLDANI TURCI, quorum infinitus erat numerus à facie nostrorum vietualia terra absconderant, vel longe ad abdita sylvarum & montium asportauerant & gentis nostra paucitas, qua non sufficiebat diuisio[n]i, ad illa querenda secedere non valbat, ab hostibusque obfessa tam grauiter, ut nec modicum graminis ad refocillationem equorum sine quotidiana decretatione posset accipere prope castra.

Ad laborum itaque & miseriaram eu[m]ulum iam apud nos[tr]os famis inualescebat angustia, quæ ad e[st]im carnis equinae siue asininae magnos etiam viros & nobiles compellebat. Quippe eos vnu[s] duodecim marci; & quinq[ue] solidis immo pluris modic[us] panis cmebatur; nec sibi emptor prodigus videbatur, cum magis de nimia ciborum venalium raritate, quam de immodica soluendi pretii quantitate, doloreret. Sie v[er]tri, famelico res, licet magni c[on]tra, paruo cōf[er]are videtur, vnde famis remedia sentiuntur.

H[ab]e[re]t cu[m] quid non cogit rabies famis imperiosa!

Quanta nefanda iubet vis per[sec]tus pernicio[sa]!

Cum nimis esuriat ieiunans impatiens,

Nil sibi tui pe[cc]at suadens immania venter.

Siquidem nonnulli ex nostris tam famis, quam bellorum angustiis incommodis coacti sunt apostatare, seipso[s] hosiliū seruituti miserere macipantes. Sed melius temporali necis supplicio libertatem sibi perpetua acquirebat, q[uod] fame, siue corporis imbecillitate fessi, nec iam ulterius valentes procedere, res suas diuidebant et[er]ris ad bella fortioribus ut stando pro fide fortiter dimicarent. Mox in formam CRVCIS solo prostrati, sic seipso[s] martyrio, transfundi exercitu exponabant.

Quam feliciter perseverat, sic scipium offerens in sacrificium, cuius constantiam timor necis à soliditate fidei non auellit.

Quam bene pro Christo pugil in certamine fortis.

Dimitat, & superat sic gustans pocula mortis.

Perpetuus hic vita cupiens attingere portum,

Latus obit, gaudetq[ue] mori festinus ad ortum.

Inter has tribulationes nostri fortiter & miserabiliter agonizando cum hostibus, peruererunt ad flum[um] quendam, ubi vicini lacus gurgitem influerat. Quibus rursus inde casua mouentibus, Dux cum suis videns exercitui pone sequenti graue & importabile bellum a tergo incumbere, conuertit se ad aciem patris sui, & simul

MSS.
S. IV
27

cum illa reflexis loris rursum equorum, ad hostes accelerans, agmina Turcorum irruptione bellica penetravit.

De quibus centum illico prostratis, nonnullis quoque e nostris fugam illorum à terra præuentibus, metu mortis mortem in gurgite incurserunt. Haud procul inde mons quidam in media camporum latitudine situs verticem porrigebat in altum, sub quo interea pars anterior exercitus iam tranfibat. Qua desuper lacepsita ab hostibus, mox colle alacriter ascenso, & vndique à nostris celeriter occupato bellando plurimos interfecit. Sic propter duplicitis laborem victoriz, nostri ea die non longo itinere procecerunt.

Inde rursum aliquot diebus inter bella, assuetis vijs laboribus infestentes, sacrato die PENTECOSTES in loco sterili, & nudo pascuis castro posuerunt, sic ipsius necessitatibus articulo compellente. Rumore enim certus præeonabatur. MELICH cum b d. millib⁹ equitum approximantem ad prælium nostris velle in crastino obuiare.

Ad edictum igitur imperiale, vnius, sed electi proceres & bellatores exercitus, conuocati simul in unum coram Imperatore in forti, sed miserando habitu confederunt. Quippe qui prius delicate & splendide viventes, ad tam sacram diei solennem præfomentari balneis, & mollibus vestris contueuerant; modo longis attriti ieiuniis, in squalore, & armorum ferragine, asperioris vita incommoda sentiebant; & ex eis multi iam facti pedites incedebant quotidiè loriciati, vnde nimis mala inasuenta illos vexare durius videbantur. Siquidem

Cui venit in morem consuetum ferre laborem,

Fert tolerabilius iam tolerata prius.

HERBPOLENSIS verò Episcopus stans in medio illorum, immilia Tur

dicto omnibus silentio sic fari incepit:

De communitorio vestra salutis aliqua vobis dicere & vene-
c Gode „ randa diei solennitas, & ipsa ingruens nobis necessitas me compellit.
frid. vo. „ Ante aduentum spiritus sancti, quem hodierna repræsentat festiui-
cabatur „ tas, discipulorum corda nō dum confirmata, adhuc sub perfectæ cha-
Ep. „ ritatis ignorantia titubabant. Accepta verò illius consolatione, mox
„ igne diuini amoris ita accensa sunt, vt etiam pro nomine Christi di-
„ uera poenarum & mortis pati genera non timerent. Hinc illorum
„ passionibus adulta crevit Ecclesia; hinc prima & nouella Christiani-
„ tatis plantatio surrexit; postmodum sanctorum MARTYRVM latius
„ propagata exemplis. Nos autem, fratres charissimi, sicut videm⁹, quo-
tidie pro Christo in agone mortis & martyrio defudamus; pro quo si mori-

H C

a Tageno:

Melich.

b d. millib⁹

equitum appro-

pinquantem ad prælium

nostris velle in

crastino obuiare.

gente, an

ducens,

an duobus?

sed miserando

habitū confed-

erunt.

Quippe qui prius

delicate & splen-

dide viventes,

ad tam

sacratæ diei

solennem præfomen-

tari balneis,

& mollibus

vestris contuever-

ant;

modo longis

attriti ieuniis, in

squalore,

& armorum

ferragine,

asperioris

vita incommoda

sentiebant;

& ex eis multi iam

facti pedites

incedebant

quotidiè loriciati,

vnde nimi-

simum mala inasuenta

illos vexare

durius videbantur.

Siquidem

morimur, & benè erit nobis, vitam acquirendo perpetuam, & morte " non nostra titulus Christianitatis poterit exaltari. Alter enim fides nostra " non accepisset incrementum, nisi, ut præmissum est, sanctorum ex- " templis Martyrum niteretur.

Faciamus itaque hoc tempus nobis pœnitentiale, nec in taber- " naculis cordium murmuremus contra Dominum. Pro illo potius " ista patienter in commoda sustinentes. Teste etenim beato GREGO- " RIO, vera patientia, quæ & ipsum amat quod portat. Nam tolerare, sed " odisse, non est virtus manufudinis, sed velamentum furoris. Proin- " de sic iam in arce positi, neceſſe habemus propter peccata nostra re- " cogitare annos nostros in amaritudine animæ nostræ, ut in vera pœ- " nitentia & confessione nosmetipſos ei pro quo hac pati elegimus, pla- " centem hostiam exhibere possumus. Ita pro certo idem Consolator " Spiritus, cuius aduentus hodiè recolitur, erit nobis adiutor in tribu- " lationibus quæ inueniuntur nos nimis.

Confortamini ergo, orantes beatum *GEORGIVM, ut ipsius interuenient labores nostros respiciat, nec vos deserat in tempore malo. Dominus Deus vester.

Nonne in sacra legitur scriptura, vnum mille, & duos decem milia fugauerint? Fiduciam habete in Domino. Nam in brachio virtutis eius haec facta sunt. Nec vos piceat laboris, in breui per illius misericordiam gratius desiderata quietis solatium habituri. Siquidem

Post mala dulcescit magis ysus deliciarum.

Dulce sapit melius, si prægustetur amarum.

Sic optata salus post haec mala nostra leuabit

Omnia. Forſitan haec olim meminisse iuuabit.

His dictis ipse quoque Constantissimus Imperator omnes animabat, & exhortabatur ad pugnam. Mox omnes simul una voce canum bellicum extuleunt de more Alemanno, & reuersi ad tentoria, discubundam ad mensas tenues, citra saturitatem, & nimis exiliter cenauerunt.

Mane facto celebratis MISSARVM SOLENNIIS singuli acceperunt *VIATICVM, & quoniam præter expectationem maioris belli ante imminentis, hostes vndique solitos attentabant assaultus, tot⁹ exercitus in formam trianguli per tres equitum acies ordinatur, prima gubernanda duo præficiuntur Episcopi, MONASTERIENSIS scilicet & HERBIPOLENSIS.

Secundam retro à dextris moderatur IMPERATOR. Dux regit

*Tageno:
in spirauie
in corda
Episcopi-
ru, & ipsi
populum
excitarunt,
& hortati
junt ad
imploran-
dum Deum,
& s. Geor-
gium.*

*Sacra cœ-
munione
intelligit,
sic ut de
alio die ait
Tageno:
audita fa-
cra missa,
comunio-*

ne accepta)

L 3

teriam à sinistris. Inter has vulgus imbelli ab utroque latere stipatum militibus & peditibus incedit; balistariis & sagittariis opportunè ad defensionem exterius constitutis.

Interea vir quidam magnus in exercitu MELICH, brachium unius TVRCI, p̄ nuper inuenierat cum lorica truncatum, domino suo MELICH obtulit, hæc dicens ad illum: Non sunt imbelli dextræ, non enses obtusi, qui sic hominem loricatum demembrant. Non est tutum tali genti talibus armis instruētæ cominus in bello occurrere. Non est leue tā fortis milites, tā eductos armorū vīsibus, armis in plio superari.

Præterea non modicum terroris potest incutere, illa TERRIBILIS CANDIDATORVM ACIES, quoniā & armis eiusdem coloris sic procedens videtur ad prælium expedita. Nam vbi tot similes, quot putes esse alios diuersi coloris, voluntate & animo bellandi conformes? Facilius, crede mihi, ex dilatatione belli vīctoria nobis indemnis prouenies; & gens ista ferrea ferro indomabilis, leuius sine bello domabitur; vincetur fame, & in brevi deficiet & tabescet.

Post hæc verba MELICH nihilominus in sua confidens virtute & multitudine, nostris vi bellica obuiri parabat. Illi è contra propinquabant ordinatè, more bellantium, & cantu bellico diuinum implorantes auxilium, iam animati & velut oblitii famis & laborum, pugnā desiderio feruenti gliscabant. MELICH vero, vt primam nostrorum acierā sic vidit intrepidè accedentem, & iam cominus parantem dextras bellicosas ad pugnam exerere; mox cum tota fortitudine sua cendens ad aciem Imperatoris diuertit.

IMPERATOR itaq; primæ acie gradum sistere præcepit DUCEM, & ad suum inuitans auxilium, quaten' secū in MELICH & exercitum cius insurgere non differret. Et statim inito conflictu, nostri diuino fricti iuamine, in brachio extento TVRCORVM agmina penetrant & dicumpunt, obuiantia quæq; dantes in interitū & ruinam. Ipse quoq; MELICH dejectus ab equo, sed heu nimis fessilio suorum resurgens auxilio, iam fugam accelerat cum suis vīsq; ICONIVM per abrupta & deuia propinquorum montium reuertendo.

In ipso bello quidam eques ARMENIUS de exercitu MELICH ad nostros se cōtulit, de LEGIONE CANDIDA, memoratam, TVRCI, præmisso modo, allocuti ipsum MELICH, referens visionem.

* Quidam etiam potens in exercitu nostro LUDOVICVS nomine, vir vtiq; bonæ opinionis, & vita commendabilis, bonorum hominū probatus testimonio, candem visionē sibi contigit scire dicebat. Idipsum

sub

sub attestatione sua peregrinationis & sancti SEPULCHRI perhibens;
& CANDENTIS FERRI IUDICIO se paratum exhibens, ad plenioram
super hoc fidem ac certitudinem faciendam.

Nostris ergo super his benedicentes & laudantes Dominum in-
cedebant, letique; de triumpho nuper adepto, nondum tamen sciebant,
quanta ipsos manebat vicina noctis aduersitas & ær umna.

Siquidem memoratus TURCUS, qui erat ductor exercitus, ea die,
prodigus vita fuæ, ut mala mortis & perditionis super nos traxeret,
ad loca inaquosa & deserta ex industria decuiuit.

Iam nostris fame laborantibus, labor viae prolixioris, & immo-
deratus solis æstus, ardorem sitis nimium incitabant. Vnde aliqui illo-
rum audiunt incubabant cadaveribus equorum in via deficentium, vt
corum sanguine immoderatam sitis angustiam temperarent. Quod
videns maluetissimus IMPERATOR, super his pictate motus, talia ver-
ba suis dixisse militibus memoratur: Sistite gradum milites egregii, "
quoniam libenter isti vitam suam producerent. Sic ecce videtis, sub-
veniamus fratribus nostris, ne pereant, & intercimantur ab hostibus, "
qui nos à tergo iam iterum insequuntur.

Inter has miseras via longiore ferè usq; ad noctis crepusculum
incesserunt. Hinc puluis & noctis propinquitas superinducebant tem-
peras inde hostes rediuius assultibus circumqua; obstabant. In lo-
co ergo sterili, carente omnino aqua & pascuis, defiguntur tentoria,
sibi inuicem plus solito coniunctione fumum intricata, propter ho-
stes exterius impugnantes.

Heu quam tenues somni, quam inanenum & siccum doloro-
sa noctis hospitium! Vbi in locum quietis, labor, inedia, fletus, & ciu-
latio subierunt. Hi sanguine de venis equorum elicito; illi propria vrina;
ali telluris cespites ruminando sibi sitis nimis quebant leuamen. Pra-
nimio sitis ardore minus cruciare famis angustia videbatur. Fit enim,

Quando superueniunt mala vulneris asperioris,

Immemores faciunt plagæ nos esse minoris.

Die postera vix expectata, nostri inde miserandum iter arripiunt,
equos & iumenta plurima, fame & siti pereuntia, relinquendo. IMPE-
RATOR vero ibidem rumore accepto, de quorundam apostasia, sic ad
nostros dicitur fuisse locutus:

Oportet in exercitu nostro cribrari granum de palea & mundari. "
Vir aut nullatenus aliqua nobis arrideret fortunæ prosperitas, quādū
illiescent apud nos, qui sic apostatando, filios perditionis & diaboli se
demonstrant.

Nostris

(MSJ)
om. b.
SIV
27

Nostri in hunc modum laboriosè progredientibus, tandem, sicut venantes fugiens cervus desiderat ad fontes aquarum, sic aqua palustri visa de longe mox illuc gens properat fitibunda; cui latex pa- lustris & corruptus potum sapere noctareum videbatur. Ibi propter gramen ad recreationem exercitus qualemque, nostri diabibus no- citibus remanserunt. Vbi ab hostibus superuenientibus circumqua- obfessi: & omnino carentes lignis ad ignis materiam, de propriis ve- stibus, & equorum subsellii souendo ignem fumosum, carnem equi nam siue asinam studebant utcunque decoquere. Et sic ad famis re- medium maiores viri, nedium minores, malecoctis, & miserabilibus vescebantur pulmentis, absque salis & piperis condimento. Quidam quoque ad mitigandam ventris esuriem, herbis & effossis de terra ra- dicibus vtebantur.

a Tageno:
Id. Maii,
scipio pre-
mortui, iti
nerates, a-

qua in pa-
lustrib, lo-
cu inueni-
mus, & in
ellis equi a-

sunt, ibi
Magnus
Melach
Satrapa
Soldani,
missa lega-
to, dixit. Si
Imp. nosfer

& exerci-
tus darent
post tres
dies forum
exhibere,

Turci trā-
sium con-
cedere, &
denegatis;

occumbere,

SOLDANI, pace impetrata, ad a IMPERATOREM accedere, sic dicentes:

A MAGNO SOLDANO ET SATRAPIS missi venimus, quatenus si pace illorum & misericordia illorum frui desideras, eis trecenta auri liquantulū centenaria incunctanter transmittas, alioquin cum tota sua fortitudi- ne cras procul dubio bellum tibi indicet.

Quibus IMPERATOR respondit; non esse sui moris, velle redigi sub aliquius tributum, nec dignum videbatur, viam peregrinorum Christi, apud aliquem pretio debere conduciri.

Legatis itaque inde ab eundem, nostri vehementer anxiati sunt, & multorum animi coram IMPERATORE, circa deliberationē sanio- ris consilii coperunt ab iniucem dissentire.

Quibuidam enim tūtius videbatur, in quantum procedendi fa- cultas suppetebat, de terra hostium festinare in ARMENIAM sine ex- pectione ICONIVM trācundo. Cū tanta ciuitas à tam paucis & po- fe expugnari credatur: tot præcipue intus & extra rebellibus; à qui- bus etiam in campis mediis, gens nostra clausa & obfesa quotidie, vix poterat se tueri.

Quisquis verò animosior & fortior, in contrarium suadendo dicebat: Etiam si hostes bello supercedeant; nobis tantum victualibus denegatis; sic tamen, ut vides, procedere, & diu vivere non valemus. ARMENTIA adhuc nimium longè distat; & equis nostri innumerabili- ter deficibus nos ipsi deficimus, longiore fame, & miseria iam de- uiati. Nobis magis expedit audacter pugnando, honestius in bello posse.

occumbere, quam trepidè languendo morte deficere tam ignava.

Equis

Evidem nullus adeò timidus, quin semel malit cadere, quam semper per pendere. Malo semel mori, quam si pius, & sine meta.

Aut cita mors veniat, precor, aut victoria lata.

Hoc demum ab omnibus approbato consilio ipse Christianissimus IMPERATOR publicè votum vocuit, Domino se fundaturum BASILICAM ad titulum beati GEORGII, si per eius auxilium a Deo fibi concederetur cuincere necessitatem eminentem.

Inde simul percepta consolatione, & fiducia concepta ex prædicatione HERBIPOLENSIS EPISCOPI, ad urbem iter arripiunt; & prope illam aliquanta hostiū prius strage peracta, castra ponunt iuxta horum ferarum.

Vbi super tam urgentissima necessitate initio rursum consilio, inter se deliberant, & disponunt, quomodo in crastino procedant ad pugnam.

Præ nimia paucitate militum, armis militaribus & equis adhuc nitentium, qui in toto exercitu, vix mille poterant assumari. Omnes equites, pro ut possunt, & equalius in duas tantum acies diuiduntur, una ut ad urbem expugnandam antcedat, Dux commititur; altera sub eius IMPERATORIS regimini, extra urbem quadrangulis millibus Turcorum equitum obliteratur. De custodia verò sarcinarum, & vulgi immobiliis, nichil aliud restat ordinandum; nisi ut inter bellorum euentus, sine assignatione militaris praesidi, fortunæ casibus exponantur. Vbi inter milites duo reperiabantur fratres, unus in acie vna, alter constuebatur in altera; hinc pietate fraterna ad lacrymas vitroque comoto.

Dum ista inter eos de ordinatione belli, prout melius datur perficere, statuuntur, IMPERATOR Duxem inter haec si affatur;

FILI verique nostrum grandis incumbit sarcina; tibi urbem ex pugnando; mihi tot hostes exterius suslinendo. Quidquid igitur si ut bonum, siue sinistrum ambobus accidat, nullum tibi feram praesidium, nec aliquid à te subsidium expectabo. Tu autem satage quantum ad iniuncta virtutis exercitum te inuiteret, & vrgens necessitas, & probitas indecessa.

Omnibus verò grauter hoc edico, ut nemo ante consummationem belli prædam appetat, aut cōtingat; nullus cadentem amicum subleuet, sed conculcans illum ad hostes debellandos transeat viriliter procedendo. Qui aliquid habet alimentorum, subsidium impertiat non habenti. Cras enim, quidquid nobis contingat, ditabimur omnes.

* Tageno:

Imp. lices

clam an-

gebatur de

castris cra-

sina diei,

qua habe-

re propo-

suit in fe-

rati horto

et virida-

rio Solda-

ni, dicit a-

miciu suis;

Si cras,

Deo iudea-

re, profite-

re senioria

figer po-

terimus,

maximum

erit argu-

mentum

tranquilli-

tatum futu-

rum.

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

» nes. Quia vel de hostibus triumphando, alimentis & spoliis eorum re-
» plebimur; vel in moriendo pro Christo, cum ipso bonorum coelestium
» vertate fruemur.

Post hæc verba cum solis occasus nocturnas superinduxisset te-
nebras, & iam cuncti in sollicitis iacent cubilibus; mox vult delu-
per ruptis cataractis cœli, tamen grauiter infestantur imbribus & toni-
truis, ut præ nimia imbrum inundantia, de stratis surgere compellan-
tur. & modo de nimis aquoso queruntur hospitio, quos male prius
vexauerat in aquosum.

Post tam pluviose verò noctis intemperiem, cœlo nubibus de-
terso, & sole matutino iubar clarius effundente, omnes celebrato Mis-
sarum Officio communicant. Et madidantibus vix collectis ten-
toriis, prescripto ordine procedunt ad bellum.

Procedunt pariter, tendunt ad prælia laeti.
Sic animosq; virosq; dabit fiducia leti.

Hec videns SOLDANVS iam sibi & vrbi timendo; IMPERATORVM
de pace per nuncios requisuit. Imperator verò sole iam altiore incipi-
ente in æstum die sentiens immincre, mandauit Dver, quid staret,
quid moraretur ingredi vrbem. Ac si id parvum ac facile videretur.

Duce igitur procedente, & TURCIS obuantibus, ante portas
vrbis bellum ingens committitur. Et iam aliqui ex nostris, qui quo-
dam angusto transitu inter fossatum & muros vix processerant, à ni-
mia TURCORVM obuantum densitate, & telorum grandine retro-
cedere compellantur. Cum ipse Dvx fugam illorum arguit in hunc
modum:

O viri strenui, quorum animositas, & virtus per multa bellorum
discrimina huc usque satius enuit; vt quid modò ad ignominiam san-
cta CRUCIS, & vestra PEREGRINATIONIS, velut degeneres & trepidi,
sic vitando bellum ante vos, fugitis in interitum; cum retro maior
hostium densitas parata sit excipere fugientes. Nusquam patet fuga.
Hic necesse, vt ipsa strenuitas vestra sit nobis refugium. Hic totis viri-
bus effundendum. Eta milites egregii, redite ocius ad pugnam, & ve-
stram incitet audaciam illius diei memoria, qua SALVIFERÆ CRU-
CIS SIGNACULVM assumpstis.

His verbis cuncti pariter animati ad bellum redeunt, à quibus
mox TURCORVM agmina, qui prius acriter oppugnabant, per portas
se infra septa murorum recipiunt fugiendo.

Sic

Sic tandem nostri bellica, immo diuina virtute, effractis portarum liminibus, & mœnibus ascensi irrumunt.

Dum itaque Dux intus urbem occupat expugnatam; IMPERATORI, adhuc illius statum & victoriam belli, quæ sibi prosperè succerat, nescienti, & extra urbem, cogente necessitate, interea cum hostiis decertanti, similiter triumphus arridet.

Quis hostium stragem enumerare, quis valeat opes & spolia duplícis estimare trium phar? Præda accepta in solo palatio MELICH, astimata est ad a decem millia marcasum. Et hac contra nostros à SALADINO illuc missa fuerat, ad opus stipendiiorum exercitus condendi.

Qui paulò antè fuerant egentes & miseri, modò inuentis equis, mulis, asinis, & à fructu frumenti, vini, & olici multiplicati sunt & distracti.

Sic optata quies fessis datur; & nimiorum Creticus ille dies nostris fit meta malorum.

A cunctis igitur de tanto iure trophæo Redditur, & canitur b' gratia, lausq; Deo.

SOLDANVS & MELICH, ut viderunt le in forceam, quam fecerant, cecidisse, de oppido in quo erant, sed magis de se ipsis timentes, conturbati sunt, & commotis; scilicet timor apprehendit eos. Misérunt ergo nuncios ad Imperatorem dicentes:

SOLDANVS culpam suam, & tuæ mansuetudinis lenitatem attendens, adhuc apud te de venia non diffidit cum ad trumpeta antiqua amoris fecdera, prius suggestionibus, & vi suorum coactus sit, vt vir iam annosus, decrepitus & imbellis, pro pace & misericordia tibi supplicat; ut sibi, ciuitati & terræ suæ tua parcer dignetur maiestas. Pacem securiorem, & sufficiens forum equorum & vi etiæ lumen usque ad exitum regni sui promittit. Ad certitudinem super his habendam; patratus, excepta sola persona MELICH filii sui, obliudes, quanto cunque volueris, exhibere.

IMPERATOR super his communicato peregrinorum consilio, attendens hinc nimiam adhuc hostium multitudinem, inde nostrorum paucitatem, qui vibi tenenda, & terræ occupandæ non valebat sufficere; nec calundre CHRISTIANÆ gentis auxilium expectabat; hac locutus est ad legatos:

SOLDANVS de pace immerito nos requirit; siquidem plurima nobis iam dudum bona promiserat, nos ad terram suam officiosè inui-

a Tageno:
aurum et
argentum
plus quam
100000. mar
carum in
uentari
domo ma
gni Me
loch, the
saurus ma
ximus, qui
a Soldano
cum filia
illius da
tus erat.
b Tageno:
sequenti
diesq; Kal.
Jan, gra
tia egi
mus Deo
Missa,
Chorus,
Dei diffu
sa, & Epis
tola; in
qua iconi
mentio fit
letta est.

„ inuitans. Sed ubi nunc illa bonorum promissio? bi obsequia premata?
 „ data? MELICH cum tota fortitudine sua nobis venit obuius; & illius
 „ agmina malis & ingratia stupantia nos obsequis, circumdederunt nos
 sicut apes. Aurum SOLDANI versum est a in scoriā, & male exinanita
 est fides illius, simplicitati dolum, paci bellum, odium dilectionis re-
 pendens.

a Tageno

absceriam

hac pharsi

visitari.

Non Maii

&c. aurū

Soldanice

amicitia

sit verium

nobis in

Scoriā,

b Tageno

3. Kal' Iun

venimus

in ciuitate

Laranda,

que diuin-

dit Cilici-

am, id est,

Armenia,

& Lycaon-

ia, leonis,

enim car-

pue est. L. 2.

vulgò b LARENDAM,

qua diuidit ARMENTAM à LYCAONIA.

Illuc

visque quadam

Tyrcorum

agmina illos infecuta deinceps penitus

ab infestatione solita defliterunt.

Mox inde

quatuor dierū itinere peruererunt ad urbem dictam

vulgò b LARENDAM,

qua diuidit ARMENTAM à LYCAONIA.

Illuc

visque quadam

Tyrcorum

agmina illos infecuta deinceps penitus

ab infestatione solita defliterunt.

Ibidem quoque exercitus dormiente in castri noctis canticino

auditus est veluti ingens & terribilis armorum strepitus & tumultus.

Vnde vniuersi protinus expergesci & attoniti, inquirendo quid il-

lud esset, nullatenus addiscere valuerunt.

Quod tamē postmodum

a sapientibus memoratum est, vicini infortunii augurium extitisse.

Postquam exercitus gentis nostræ à primo ingressu ARMENIAE

quatuor dierum itinere via difficulti processisset, gaudens se de tantis

bellorum discriminiis, & proditionum laqueis creptum, quasi per

ora leonum, terram securitatis iam attigisse, die quadam infesta ni-

mium, & nouercante fidei Christianæ, inopinatus & tristis casus re-

pente illius citharam conuertit in luctum.

Erat vtique via nimis arcta & difficilis nunc per abrupta & cre-

pro Christo

pidinem montium, nunc per iuna vallium, sc̄us descensum fluuii pre-

terflu-

terfluentis civitatem SALEPH; & peregrini laboriosè gradientes ni-
mio caumate laborabant.

Quibusdam ergò equitibus de subsequente agmine Imperato-
ris prætentantibus, si fluuium usquā vadabilem inuenirent, IMPERA-
TOR dissuadentibus his, qui secum erant, ad refrigerandum se & lauā-
dum inreucabiliter fluuium intravit, & cum leipsum ad transfan-
dum expulisset, mox in amne medio fessus, & iam incipiens mergi,
eiusdem sui militis, qui secum aquas intrauerat, opem miserabiliter
innocuit.

Cui festinanter ille affectans succurrere in mediis vndis eum ar-
ripuit; sed tandem amnis impetu prævalente ab eo vi auulsus, naufra-
gium vix evasit.

Alius verò equo insidens, celeriter, sed serò IMPERATOREM flu-
itantem in gurgite comprehendit. Et sic, proh dolor, IMPERATOR
exercitus ad conturbationem & detrimentum exercitus expirauit.

O quām dirum, quām miserabile CHRISTIANÆ gentis infor-
tunium! cuius peccatis exigentibus sic iuris & fidei columna deiici-
tur. O fatalis & odiosus fluminis álveus! in quo totius lumen extin-
guitur probitatis. In paruo gurgite caput, & summa totius orbis in-
tercipitur, cuius.....

Desunt reliqua.

mianus 14. Niger Salepho appellat. Forte Salepho, quem Matthaeus Parisius Saphet nominat;
aliu Selephium, ut Augustinus, Iustinianus in sua Genuensi historia, qui cum addit hodie del
Ferro vocari,

Togeno: iuxta pre-
dictam a-
quam sele-
phica no-
mine Or,
telius in
thesauro
geogr. ver-
bo, Caly-
cadnum
hac de isto
καλύ-
καστρο
Cilicie fin-
uimus, Κιο-
λεμέως.
Quidam
Calydnum
vocatur,
Stephanus
scribit, Se-
leuciam
adiuere
scribit Am²

(MJSJ3
m. b.
SIV
27

M 3 No-

十一